



De abroganda missa privata Martini Lutheri sententia.


<https://hdl.handle.net/1874/341927>


ORA
100

226

Theologia

Quarto n°. 226. rar






卷之三

目錄

卷之三



Comm Joffrey pms

DE ABRO

GANDA MISSA PRIVATA
MARTINI LVTHE
RI SENTEN
TIA.



Leo rugiet, quis non timebit?
Amos.



n° 293

11. Indianola High School
South

I H E S V S.

BRATRIBVS SVIS AVGVSTINEN.

cœnobii Vuittenbergen. Gratiam

& pacem Christi.



IGNIFICATVM EST MIHI, FRA-
tres cariss. & literis & uerbis amicorum, cepisse
uos primos omniū, in uestra congregatiōne abusum
illum missarum (quas uocant) abrogare. Quæ res
& si gaudio non mediocri me affecit, ut qui hoc ar-
gumento cognoscam, non esse in uobis uerbum Chri-
sti oiosum, tamē, ut nihil satis facit pia charitas mixto timore solicitari
ecepī, ne forte non omnes pari cōstantia & libera consciētia arduā hanc
rem tentetis. Ut enim omittam, quæ indies moluntur pōtifices idolorum
& sacerdotes Baal ad terrendos infirmos fide, dum aliis erigit fœdas
indulgentiarum bullas, & fraternitatū ludibria, aliis sacerdotes con-
iugatos captiuat, aliis alia monstra parit, nullus autem non pessima alit.
Quid hoc putabitis fore, quod præ omnibus hominibus in mūdo pessime
estis audituri, ut qui omnia, tam pauci, diuina & humana ausi sitis inno-
uare? Quæ sacrilegia? quæ flagitia? quæ scelerā non iactabunt in uos
etiam ii, qui sibi & aliis graues, prudentes, piique uidentur? Magnum
est certe, tot secul' ornm consuetudini, tantæ multitudinis sensui, tantorūq;
autoritati reluctari, & eorum murmurā, opprobria, iudicia surdis au-
ribus præterire, & quandam inuictam scyllam, his latratibus, procellis,
uentis non aliquando quieturis obiectare. Si estis edificati supra fir-
mam petrī, sat scio, frustra flaturos hos uentos, frustra impetu factura
hec flumina. Quod si supra arenā statis, quāta uobis obsecro impēdet rui Difficile consci-
nat. Accedit adhuc, quod ego quotidie in me ipso experior, quām difficile entiā à presum
fit, cōscientiā longo impietatis usu uexatā, ad sanam pietatis scientiam re p̄tis opinioni =
uocare & infirmitatem eius sanare. Quot (rogo) medicamentis? quām bus vindicare.
robusta res in Galaad, quām potentibus & euidentibus scripturis meam
ipsius cōscientiam uix dum stabiliri, ut auderē unus cōtradicere Papæ &
credere eū esse Antichristū, Episcopos esse eius Apostolos, academias eius

Occasio huius
cōmentarii.

A ii esse

esse lupanaria? Quoties mihi palpauit tremulum cor? & reprehendis
obiecit eorum fortissimum & unicum argumentum, Tu solus sapi? Tot
ne errant uniuersi, tanta secula ignorauerunt? Quid si tu erres, & tot te
cum in errorem trahas damna?os eternaliter? Et tandem confirmauit
me uerbis suis certis & fidelibus Christus, ut iam nec tremat nec palpe?
sed insultet cor meum his papisticis argumentis, non aliter atq; tutissimam
littus minaces ex tumidis procellas ridet. Hac ex experientia ex cogita?
tione cum mouerer, consilium mihi fuit, hanc ad uos Epistolam mittere, ad
firmando? & consolando? eos qui forte inter uos adhuc infirmi, impetum
Conscientia ob terrentis aduersarii, & trepidantis conscientiae ferre nequeunt. Ea enim
firmandauerbo certitudine & fiducia tentandum est, quod prestituisti, ut non modo to
dei contra portius mudi iudicia, pro filiis leuibus & summis ardis habeamus sed & ar
dis inferi.
mati simus in morte, aduersus portas inferi, quin etiam aduersus iudicium
tentantis dei pugnare, & cum Iacob contra deum praevalere. Mundi enim
uoces occlusis auribus utcunq; etiam infirmiores contemnere possunt. At
conscientiam quis ocludet, ne Satanam, ne iudicium dei sentiat? Mundis
nos insanos & improbos tantum sonabit, non faciet. At conscientia infinitis
modis damnatos faciet, nisi uerbo dei certo, potenti & salutari fuerit
undiq; munita, hoc est, supra petram edificata. Hec est illa certitudo in-
fallibilis, quam querimus. Pergemus itaq; in missas istas priuat as singu?
larem tractatum edere, profutur? & aliis, qui uolent. Video enim ea que
antea scripsi, resistentibus idolorum Episcopis, non satis mouere, ut toties
repetendum erigendumq; sit uerbum ueritatis, quones illi papyri carnifi-
ces damnant & opprimunt. Rogemus autem dominum, ut mittat opera-
rios in messem suam, & angelos suos, qui colligant de regno eius omnia
scandala. Multa enim sunt ualde, sed nunc nobis unum istud insigne
petitur, quod si tulerimus, non unum tulerimus, cū sit fer-
me caput omnium. Dominus Ihesus confortet & con-
seruet sens? & corda uestra in fide non fida,
& charitate non simulata, Amen. Ex
cremo, die omnium sanctorum.

M. D. XXI.



PROTESTOR IN PRIMIS ADVERSUS
eos, qui insanis uocibus sunt in me clamaturi, quod
contra ritum Ecclesiæ, contra statuta patrum, con-
tra probatas legendas & receptissimum usum docue-
rim, horum nihil me auditurū. Deniq; nec principia
illa fidei Parrhisiensis lupanaris, que sunt opinio-
nes hominum, seu ut Petrus uocat. ii. Pet. ii. & p̄t̄. & c̄t̄. & t̄. & l̄. & ō. & s̄. & h̄. & ī. & n̄. & r̄. & ē. & m̄. & ā. & s̄. & d̄. & f̄. & ḡ. & h̄. & ī. & j̄. & k̄. & l̄. & m̄. & n̄. & ō. & p̄. & q̄. & r̄. & s̄. & t̄. & ū. & v̄. & w̄. & x̄. & ȳ. & z̄.
huius
flocci facturus sum. Si enim uel horam lucidi interualli haberet lunaticus
eorum morbus, aliquando certe uiderent, cum his omnibus nituntur, citra Secte perditio-
uerbum dei, non diuina sed humana duntaxat se nisi auroritate. At huma-nis.
nis solis niti in re diuina & causa pietatis, ut scripture omittant testimoni-
a, ipse hominum communis sensus recte damnat. Diuina enim secundum
diuina duntaxat eloquia geri & uolunt & debent, ut uel unus Moses in
Deuteronomio locupletissime testatur. Quid ergo est, ut me sperent suis
propriis, id est, humanis testimonii auellere à diuinis? An singunt obscu-
rū sibi ipsis esse, sanctos & peccasse in uita & errasse in doctrina sapissi-
me? Si autem peccauerunt & errauerunt sapissime, quis furor est, eorum Sanctorum ex-
facta & dicta pro diuinis & infallibilibus regulis pietata statuere? Non emplae & doctri-
ne & eorum ius, alioqui summa iniuria, suspectam facit eiusmodi auctori na periculosa.
tatem, cum dicit. Semel malus, semper presumitur malus. Quis enim nos
certos faciet, in quo non errauerint patres, quos sapissime tu ipse errasse
confiteris si eorum autoritas satis est, nec licet eam superiore autoritate
diuini eloquii iudicare? At ipsi elucidauerunt eloquia diuina. Quis &
hoc ita esse probauit? Quid si nō minus errauerūt elucidādo, quam uiuen-
do & docendo? Omnia nostra adhuc humana facis, hac ratione, ut cum
Cicerone tibi dicere possim. Fingebat h.e.c Homerius humana transferens
ad deos, diuina mallem ad nos; Ita & tu ex hominibus deos nobis facis &
uerbo dei uerba hominum comparas perniciosissime. Proinde sciant in
sani Sophist.e, indocti Pontifices, impii sacerdotes, sacrilegi monachi, &
totus Papa cum suis squamis lupantaribus, lucis, excelsis uniuersis, nos nō
esse baptisatos, neq; credentes in nomine Augustini, Bernhardi, Gregorii
nec in nomine Petri & Pauli, nec in nomine alma facultatis Parrhisiensis

A iii Sodome

theologie Sodome, aut Louanien. Comerrā cū suis Sorbis. sed in nomine
solius Iesu Christi, quem solū confitemur & magistrū nostrū & pro no-
bis crucifixum. Siquidem Paulus nec sibi ipsi nec angelo de eo lo credi vule-
nisi Christus in ipso uixerit & locutus fuerit. Scimus quid patres, quid
decreta, quid usus, quid uulgi opinio habeant. Nec est opus nobis Parrhi-
siensi magisterio nostraliſimo, quod nos edita aliqua magistraliſima de-
terminatiōne doceat & dicat. H.ec propositio est scandalosa, est cōtra al-
mas facultatis, est cōtra principia fidei, & reliqua que pueri isti & effe-
minati, imo trunci & stipites iactare sola nouerunt. Non audimus, Bern-
hardus sic uixit & scripsit, sed Bernhardus sic uiuere & scribere debuit
iuxta scripturas. Non queritur, ut sancti uixerūt aut dixerunt, quos sci-
mus seruatos esse per illud orationis dominicæ, Dimitte nobis debita no-
stra. iuxta regulam omnibus sanctis cūmunem, Psal. xxxi. Pro hac ora-
bit ad te omnis sanctus in tempore opportuno, ne forte pro ueritate & iu-
sticia amplectamur, quod illi per orationem meruerūt ignosci sibi ut cul-
pam & errorem, ut faciunt Papistæ, dum iuxta psal. lxi. irruunt in ho-
minem & interficiunt se ipsis uniuersos, super parietem inclinatum &
maceriem eieclam cum hunc eleuare cogitant ut electiones statuant, affe-
ctantes mendacium. & c.e.t. ut Hebreus habet, cum in solo deo nitendum
esse toties idem Psalmus ingeminet. Non inquam queritur, ut sancti uixe-
rint aut dixerint, sed ut uiuendū scripture dicit. Non defacto sed de iure
quæſtio nobis est, sancti errare potuerunt docendo, & peccare uiuendo.
Scriptura errare non potest docendo, nec credēs illi peccare potest uiuen-
do. Sanctos acceptamus, sed quorum gloria non ex hominibus imò ex deo
est, quos non Papa canonisat & probat, sed quos deus cōmendat.

Ipsius enim tauri & altilia occisa parata sunt ad nuptias
Christi filii sui, hoc est, quorum dicta & facta &
quatenus nobis diuinæ scripture cōmendat, ut
sunt patriarchæ prophetæ, & Apostoli
quibus solis fideliter & nitimur
& seruamur.

DE SACERDO

TIO PAPAE ET CHRISTI.

PARS PRIMA.



APA INGRESS V
rus suas Decretales, dicit,
Translato sacerdotio, ne-
cessere est ut & legis transla-
tio fiat, Quo uerbo, si quis
dubitaret, ius illud magni
ficum & sanctissimum legū
condendarū, & arrogat &
monstrat, qua fide & lynce
ritate, nullas nō tractat scri
pturæ autoritates, οὐτικεί
αρεος ille dei. Vult enim

huius dicti, eum esse sensum, quod Christus ascendens in
coelum trāstulerit sacerdotiū suum in Petrum, Petrus de-
inde in Papam, & Papa in suū quisq; successorem. Hinc
cum habeant sacerdotiū in se translatum, & sacerdotij
sit legem docere, concludit, penes se esse & ius dicendi le-
ges. Tali scilicet exordio dignus fuit iste liber istius auto-
ris. Hoc niti fundamento debuit istud sacerdotiū & eius
generis leges. Cæterum si spectes diuinū consilium, quo
folet Balaamos & Caiphas istos potenter confundere, in-
telliges, hoc proœmio coactū esse Satanā, ut imprudēter
proderet, quid esset facturus per Papam & leges eius in
mundo. Sicut enim Caiphas, ita & Papa hic uerissimam
ueritatem locutus est, sed non ex animo. Vere enim & sa-
cerdotiū Christi & legem eius uolebat transferre, profect
deniq; &

DE ABROGANDA MISSA

deniq; & transfluit & prorsus euacuauit, ut iam non Christus sit sacerdos, sed Papa, nec lex Christi nos dirigat, sed leges Papæ, id est, horrenda peruersitate abominatio stat in loco sancto, & pro Christo rege ueritatis regnat super nos idolū mēdaci & opatiō erroris. Prorsus abūde p̄estit Papæ abominatio, quæ hoc procēmio promisit. Atq; de legis translatiōe suo loco uidebimus, simul uisuri principia illa fidei lupanariū illorum, quæ se scholas Christianas mentiuntur. De translatō sacerdotio, quando hoc ad institutum proxime pertinet, primum uideamus.

Quale sacerdotium noui testamenti.

Certus esto, necnulla persuasione falli te sinas, quisquis esse uoles pure Christianus, nullum esse in nouo testamēto sacerdotiū uisibile & externū, nisi quod humanis mendacijs est per Satanam erectum. Vnum uero & solum est nobis sacerdotium Christi, quo ipse obtulit se se pro nobis & nos omnes fecū. De quo Petrus dicit. i. Petri. iiij. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro in iustis, ut nos offerret deo, mortificatus quidē carne, uifificatus autē spiritu. Et Heb. x. Vna enim oblatione consummauit in sempiterni sanctificatos. Hoc sacerdotium spirituale est, & omnibus Christianis commune. Omnes enim eodem, quo Christus, sacerdotio sacerdotes sumus, qui Christiani, id est, filii Christi summi sacerdotis sumus. Nec nobis illo prorsus alio sacerdote & mediatore opus est, praeter Christum. Cum omnis sacerdos in hoc afflatur, teste Apostolo Heb. v. ut pro populo oret, & populū doceat. At Christianus quisq; per seipsum orat in Christo, habens per ipsum, ut Ro. v. dicit, accessum ad deum. Sicut promisit Isaiae. lxv. Eritq; antequā clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audiam. Sic & per seipso à deo docentur, promittēte Isaia. liij. Et dabo universos filios tuos doctos à domino. Et Hiere. xxxi. Non docebit unusquisq; fratri suum, & unusquisq; proximū suum, dicens, Cognosce dominū. Omnes enim scient me à minore

M A R T I N I L V T H E R I .

à minore usq; ad maximum. Et Isaías. xi. dicit, Repleta est terra scientia domini, sicut aquae maris operietis. Hinc Christus Iohan. vi. appellat eos θεού μάθητας. Est scriptum in prophetis, Et erunt omnes docibiles dei. Haec testimonia plane euacuant sacerdotium visibile, dum & orationem & accessum ad deum, & doctrinam omnibus communem faciunt, quæ certe sacerdotum propria est. Quid enim opus est sacerdote, dum non est opus mediatore & doctore? An sacerdotem sine opere constituemus? At mediator & doctor Christianorum, praeter Christum nullus est. Quin ipsi per se se accedunt à deo docū, deinceps mediare & docere potētes, eos qui nondū sacerdotes, id est, nondum Christiani sunt. Atq; ita sacerdotium noui testamenti prorsus sine personarum respectu regnat communiter in omnibus spiritu solo. Sicut dicit Gal. In Christo Iesu non est Iudeus, non est Graecus, non est masculus, non est foemina, nō est dominus, non est seruus, sed omnes uos unum estis in Christo.

Sed pergamus in frontes meretricias lupanariū istorū colligere testimonia, quibus sacerdotium noui testamēti statuitur, ut oppilemus & obmutescere faciamus os impudentium hominū istorum. Primus adest Petrus. i. Pet. ii. Deponentes igitur omnem dolum & simulationes & inuidias, & omnes detractiōes, sicut modo geniti infantes, lac rationabile & sine dolo concupiscite, ut per ipsum crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniā dulcis est dñs. Ad quem accedētes, lapidem uiuū, ab hominibus quidē reprobatum, à deo autem electum & honorificatū, & ipsi tanquam uiuī lapides super ædificamini in sacerdotium sanctū, offerētes spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christum. Et infra, Vos autem genus electum, regale sacerdotium, Gens sancta, Populus acquisitionis, ut uirtutes annuncietis eius, qui uos uocauit de tenebris in admirabile lumen. Alterū est testimoniuū Apoca. v. Fecisti nos deo nostro reges, & sacerdotes, & regnabimus super

B terram,

DE ABROGANDA MISSA

terram. Tertium Apoca. xxij. In his secunda mors non habebit potestate. Sed erunt sacerdotes dei & Christi eius, & regnabunt cum eo mille annis. Quāuis autē liber Apocalypserum calculo, non sit plenae autoritatis in cōtentione, tamen uisum est aduersarij etiā ex ipso testimonia opponere, in quibus certū est, uerba fieri de omnibus Christi annis eosq; sacerdotes & reges appellari, quod ut de uisibilibus regib; intelligi nō potest, ita nec de uisibilibus sacerdotibus intelligi ipsa uniuersitas Christianorū permittit. Atq; præter hæc tria testimonia nihil in uniuerso testamēto nouo inueni, quod sacerdotū ex nomine meminerit. Vnde hīc antequā plura afferamus, parūper insultemus portentis & idolis istis mundi, Papē & suis sacerdotibus.

Sacerdotes non
uocari à scri-
ptura rātos il-
los.

Agite uos egregij sacerdotes, producite nobis unum iota aut apicē ex uniuersis Euāgelijs & Epistolis Apostolorē, uos esse aut dīci debere sacerdotes præ ceteris, at & ordine uestrū esse sacerdotiū diuersum aut cōmuni Christianorū sacerdotio. Quin producitis? Auditis ne surde imagines? Ite ad Parthienses quæso, qui pro scripturæ testimonijs ponent suū magistrale sentimentū. Hæc propositio est hæretica & ordinis sacerdotali cōtumeliosa, tum hoc sentimentum esto uobis, principiū fidei. Vnde ergo habemus uos idolorū sacerdotes? Cur nomen cōmune aufertiis nobis & uobis arrogatis? Nōne sacrilegi estis & blasphemati in uniuersam dei Ecclesiā, qui nomine sancto & cōmuni, uiolēz rer alijs ablato, abutimini non nisi ad tyrannidē & pompā auaritiae & libidinis uestræ? Iterū dico, Idola mundi unde uos habemus sacerdotes? proferte testimoniū pro uobis, uos onera intollerabilia orbis terrarū. Sacerdotes nō estis, & sacerdotes uosipso appellatis. Videris quid mereamini insignes uos raptore & hypocritæ?

EMSER. Sed hic prodit mihi memoria Venerabilē sacerdotem domini, id est, sacerdotem Baal. Est enim Baal hebraicæ, qđ. Qui dñs latine uernacula cōtra me scripsit, uir, ut asinam

M A R T I N I L V T H E R I

ninā eius inscītiā sileam, tam impudēs ad mentiendū, tam virulētus ad maledicendū, ut nullo operi mihi idoneus uideatur, q̄ ut pro Papa & sacerdotibus eius scribat. Hic igit̄ uir nō passurus hāc insultationē in uenerabilē ordinē sacerdotū, quid dicat, audite quæso, Petri (inquit) testimoniū de duplīci sacerdotio intelligit. De spiritu quo omnes Christiani sunt sacerdotes & de uisibili, quo tantū uncti & rasi, id est, cōsecrati, sacerdotes uocant. Quare sacerdos talis iste ordo rasorū & unctorū, utiq̄ de scripturis habet autoritatē. Hæc ille, & quidē digne. Hic ego uobis gratias laturus, quæro, ad quos nam Petrus loquāt̄ eo loco. Nōs ne ad omnes Christianos, dum iubet ut rationabile & syncretū lac cupiant, & in eo crescant in salutē. Nonne omnibus hoc crescere in salutē competit? Deinde super Christū ædificari in sacerdotiū sanctū, nōne omnibus cōuenit? At discernit etiā sanctum sacerdotiū à sacerdotio nō sancto. Quis uero ignorat, sacerdotes papistīcos magna ex parte non sanctos esse? Cū ergo nemo possit negare uerba Petri ad omnes Christianos dīci, & in ipsis etiā intelligendū est rasorū & unctorū sacerdotiū, ut ille sacerdos domini pro uobis cōtendit, confessū est, Omnes sanctas mulieres & pueros, efferasos & unctos sacerdotes. Sí quidē uerba Petri cōmunia omnibus, de quocūq̄ sacerdotio intelligas, cōmune eiusmodi sacerdotiū facient. O dignū & festiuū patronū rasorū & oleatorū idolorū. Hic igit̄ primus sit imetus noster, in laruale Papistarū & ficticiū sacerdotiū, qui quid ualeat & opere, pius & spiritualis iudicet lector. Arbitror enim hic ruere & iacere uniuersam illā Misericordiam Papisticum sarrū papisticarū pompā. Si em̄ sacerdotiū hoc nihil est, si sacerdotiū, ita cuti mōstrauimus euīdēter, necesse est & legē eius nihil est leges Papistice. Trāslato em̄ sacerdotio, necesse est, ut & legis trāslatio eas fabulas eſſe. Si autem sacerdotiū & lex nihil est, prorsus multo minus sacrificia & opa eius aliquid sunt, que secundū legē p̄ sacerdotium fieri debēt. Quid ergo hinc sequitur? scilicet

B ii leges

DE ABROGANDA MISSA

leges Papæ esse figmenta & mēdacia, tum sacerdotiū eius
esse idolū & larū, Missas uero quas sacrificia uocant, esse
summā idololatriā & impietatem. Dubitat adhuc in his
quispiam: Probatū est enim in scripturis hoc sacerdotiū
non haberi. At quod in scripturis non habetur, hoc plane
Satanae additamentū est. Nemo enim hominīs testamen-
tum superordinat aut spernit, autore Paulo ad Gal. iiiij.
Missam nec es dīnare licet. At hoc sacerdotiū Papæ cum suis Missis esse
se, nec dici pos- superordinatū, irrefragabiliter conuictum est. Quare con-
se sacrificium. cludimus constanti fiducia, missarum usum, sacrificiorū
nomine & sacerdotiū titulo tenere, idem esse, quod negare
Christum & transferre eius sacerdotiū cum uniuersa lege
eius. Atq; huc uocari debet omnia ea, quibus cautum est
per spiritū, ne uerbis dei quicquā detrahatur uel addatur,
ut illud Prover. xxx. Omnis sermo dei ignitus clypeus
est sperantibus in se. Ne addas quicquā uerbis eius & ar-
guaris, inueniarisq; mendax. Et Deutero. iiij. Non addes-
tis ad uerbum quod uobis loquor, nec auferetis ex eo. Et
prima Pet. iij. Si quis loquit̄, quasi sermones dei. Et quid
opus est omnia recēdere, quæ prophetæ, Christus & Apo-
stoli dicunt in studia, opera, doctrinas, & traditiones ho-
minum? Satis constat Iohan. viij. Qui ex deo est, uerba
dei audit. Et Iohan. iiij. Qui de terra est, de terra loquitur.

*Obfirmāda con-
scientia contra
populāria ar-
gumenta.*

Certus autem sum, ubi talia audierit imbecillior con-
scientia, simulq; intenderit in copiosissimā illam multitu-
dinē Monasteriorū & templorū, in quibus quotidie infi-
nitæ missæ habētur, ægre creditura sit, tantā turbā quotti-
die perire, & tot peccatis mundū oppleri, cum uulgo citra
omnē controuersiā p̄suasissimū sit, omnes homines illorū
Missis iuuari, atq; adeo meritis & pietate ipsorū sola mun-
dū haec tenus durasse. Incredibile enim uide sic derelictū
esse orbē totū à deo. Sed quid facies? Scriptura diuina sic
definit, cui credendū est, etiā si totus mundus & omnes an-
geli uel

MARTINI LUTHERI.

geli uel perirent uel aliter doceret. Definitum est inquam
 à deo ipso, sacerdotiū istud missariū, non esse diuinitus in
 stitutū. Numquid mundo plus credes quam deo? aut non
 est deus maior mūdo? Nonne prædictum est, nouissima
 tempora fore tempora iræ, & tempora periculosa, inqui-
 bus operatio erroris totum mundū occuparet, ut electi eii
 am capi possint, & uix fidē sese inuenturū prædicat. Putas
 hęc uerba esse leuia, & cōuenire posse cū pcrdita illa securi-
 tate, qua sine timore uiuimus, quasi nihil ad nos ista perti-
 neant: ut antea impleamus ea, q̄ cognoscamus, sicut Ius-
 dei prophetarū uoces impleuerunt, eadē securitate, anteq̄
 cognoscerent, Christū crucifigentes. Firmāda itaq; est co-
 scientia aduersus ista obiecta, & uerbis diuīnis constanter
 adhærendū, quae docent, Sacerdotiū missaticiū esse nihil
 corā deo, ut uideas in hac nouissima persecutione Eccles-
 ie, cui similis neq; fuit neq; futura est, iram & patientiam Huc Christia-
 diuina maiestate dignā, utrancq; inæstimabilem. Inestima ne Lector defi-
 bile est enim, tantū impietatis abusum quotidie à deo ferre oculos atq;
 ri, per totū orbem in sacratissimo & saluberrimo mysterio animum,
 corporis & sanguinis filij sui, scilicet ultimis diebus hanc
 patientiam reseruavit. Ita & inæstimabile est, tantū turba
 rum quotidie perdi, & hanc quoq; irā ultimis diebus pre-
 parauit ad inchoandā iram illam æternā instantis iudicij.
 Et heu nos nouissimi & miserrimi, adhuc secure agimus,
 & deū placare, alijsq; nobiscū mereri cœlū promittimus,
 tantis impietatis nouissimæ execramētis. Horribila sunt
 quae loquor, utinā mentiar, sed nimis uera sunt. Stat enim
 irrefragabilis sententia, Sacerdotes uisibiles & à laicis dis-
 uersos, in nouo testamento nullos esse posse, qui aut sunt,
 sine testimonio scripturarū, sinecū uocatione dei esse. Hoc
 quid est aliud, quam ex diabolo esse? Nemo enim assumit
 sibi honorem, sed qui uocatur à deo sicut Aaron. Heb. v.
 Quid igitur consiliū supereft sacerdotibus eiusmodi: nisi
 ut quāprimum resipiscant, & poeniteat, missis abstineant, &

B iiij rursus

DE ABROGANDA MISSA

nus laici siant, aut missas legitimousu facere discat, quo ex uoragine illa ira dei se se recipiant quo ad fieri potest certissimum. Eligant itaque nunc insanis sophistae & Papistae, utrum uelint, aut monstrarent suum sacerdotium e scripturis, aut fateant se nihil aliud quam diabolilaruas, & id la perditionis esse. Quod enim e scripturis autoritate non habet, manifestissimum est ex diabolo esse. Omnia enim dei opera in scripturis sanctis prodita sunt, tum ea maxime, quae ad pietatem sui pertinent, quae fidelissime in ea ordinata sunt, ut nulla sit reliqua excusatio aut tergiuersatio.

Ecclesiæ ordinatio unde.

Quod uero dicit, quæ ab Ecclesia fiunt & ordinantur, a deo fieri & ordinari, cuius spiritum Ecclesia habet, proinde sacerdotes missales ex diabolo non esse posse, frustra dicunt. Quis enim Ecclesiam illam nobis monstrabit, cum sit occulta in spiritu, & solum creditur: sicut dicimus. Creedo ecclesiam sanctam. Pontifices uero & doctores, hunc genus sacerdotium instituerunt, quos, etiam si sancti fuissent quis certos nos faciet, non errasse in eo instituto? Nunc cum & manifeste impij instituerunt & docuerunt, quomodo erit tuta conscientia, esse ab ecclesia institutum? Hoc uero urget multo maxime, quod pia conscientia nouit nec dubitat, Ecclesiam nihil statuere aut ordinare citra aut ultra uerbum dei. Quæ autem hoc tentat, Ecclesia non est, sed singit se Ecclesiam esse. Sicut dicit Christus Iohannis. x. Oues meæ uocem meam audiunt. Vocem autem alienorum non audiunt, sed surgunt ab eis, quia non nouerunt uocem alienorum. Non enim uerbum dei est, quia ecclesia dicit, sed quia uerbum dicitur, ideo ecclesia est. Ipsa non facit uerbum, sed fit uerbo. Ideo signum quo cognoscitur certissimum, ubi Ecclesia sit, est uerbum dei, ut primum obser-

Locus. i. Corin. xiij. pulcherrimi. ubi dicit, Infidelem cadere in faciem & pronunciare me tractatus. quia uere deus in eis sit, ex eo quod audiat eos prophetantes.

Non ergo Ecclesia, sed uerbum dei eum mouebit, quo conuincitur

MARTINI LUTHERI.

conuincitur & iudicatur, & occulta cordis eius manifesta
fiunt, ut ibidem dicit. Non utique dicit Paulus, quod insiv
delis cadat & confiteatur eos prophetare, quia sciat deum
uere in eis esse. Vnde enim hoc sciret? Ita & nos, unde scie
mus ubi sit Ecclesia, nisi audierimus prophetiam eius &
testimonium spiritus? Certum est quidem Ecclesia & eos
in quibus uere deus habitat, prophetare. Sed incertum est
ubi sit ea Ecclesia, quae prophetare potest, nisi prophetet.
Igitur quod sine uerbo dei ordinatur nō ab Ecclesia sed à
synagoga Sathanæ sub Ecclesiæ nomine ordinatur.

Hæc satis sint ad primum impetum. Paremus & alterū
æque fortē, & pergamus testimonia adducere de sacer
dotio noui testamenti & eius officio. Paulus Rom. xii.
Obsecro uos per misericordiā dei, ut exhibeatis corpora ^{sacerdotale}
uestra, hostiam sanctam, uiuentem, placentem deo, ration officium.
nabile obsequium uestri. Hic negare nemo potest, quin
sacerdotale officium describat, quod est offerre seu exhibe
re hostiam & rationabilem cultum, hoc est, ut non pecos
ra irrationalia, sicut legis sacerdotes, sed seipso offerant.
Quare hic locus sacerdotes facit. At cōmuniter omnibus
Christianis dicitur. Omnes enim sua corpora, offerre de
bent deo in hostiam sanctā & rationale sacrificium. Potes
hic obſtrepare misera Papæ secta? Habemus ergo hoc locom
co, Pauli autoritate, non solum quod sit sacerdotiū, & qui
sacerdotes noui testamenti, sed quod sit eorū officium &
sacrificium, nempe seipso mortificare & offerre in hosti
am sanctam, quo uerbo simul uiuersa legis sacrificia my
stice interpretatur. Sic enim & Christus summus sacerdos
prior sese sacrificauit, factus omnibus filijs suis sacerdotiis
bus exemplum, ut sequantur uestigia eius, sacerdotio le
gis cum omni suo cultu pfectissime impleto, per hoc nouū
sacerdotium & cultū eius. Huic consentit Petrus. i. Pe. ii.
Et ipsi tanque uiui lapides superaedificamini in sacerdotiū
sanctū, offerentes hostias spirituales, acceptabiles deo
per Iesum

DE ABROGANDA MISSA

per Iesum Christum. Nonne & hæcomnibus Christianis
cōmuniter dicuntur? Nōne omnes tanq; uiui lapides su
per Christū ædificantur? At sic ædificant super eū, ut sint
sacerdotes, offerentes non corporales pecudes, sed seipso
exemplo Christi spiritalles hostias, dū spiritu facta carnis
mortificant. Ro. viii. Quid hic dicent miserrima idola?
Nunquid hic Petrus duplīcem hostiam facit, sicut dupli
ces ei sacerdotes affinxit os illud mendacij, omnes offerre
has hostias iubemur, quæcunq; tandem sint, quare omni
bus officiū sacerdotale hoc impositū, & omnes sacerdotes
esse, euidentissimum est.

Sacrificiū laudis. Est præterea aliud genus sacrificij æque omnibus com
mune, de quo psal. I. sacrificiū deo spiritus contribulatus.
Et psal. xxix. Imola deo sacrificiū laudis, & sacrificiū lau
dis honorificabit me. Et psal. iiij. Sacrificate sacrificiū ius
sticie & sperate in domino. De quo & Heb. xiij. Per ipsū
ergo offeramus hostiā laudis semper deo, id est, fructū lau
biorum confitentium nomini eius. Itē Oseæ. xiiij. Om
nem aufer iniquitatem & accipe bonū (idest, desine mala
infligere, apprehēde bona quæ dones nobis) & reddemus
uitulos labiorū nostrorū. Et psal. cxv. Dirupisti uincula
mea, tibi sacrificabo hostiā laudis. Hæc quām nō sint offi
cia rasi & oleati sacerdotij quis non uidet? Nec potest ullū
os mendacij garrire, quod spiritualiter ad omnes, sed cor
poraliter ad rasos tantū pertineant. Pertinent prorsus ad
omnes qui laborant sub cruce & mortificant seipso sacri
ficio proxime dicto, ut hoc laudis sacrificium sit uelut fu
mus & odor illius mortificatorij sacrificij. Et hæc sunt tes
timonia, de sacrificio seu cultu noui sacerdotij sub Chris
to. Nechabet prorsus tota scriptura, aliud huius sacerdo
tij sacrificiū. Quare hic iterū urgebimus & insultabimus
Papistis ut proferat etiā pro sui sacerdotij sacrificio, unū
iota aut apicem ē scripturis. Agite uos incliti sacerdotes
Baal, inuocate deum uestrum, forte est in itinere aut certe
dormit

9

MARTINI LUTHERI.

dormit, Deus est enim & audiet. Dicite, ubi scriptum sit,
 Missas esse sacrificia, ubi docuit Christus, Panem & uini
 consecratum offerre deo? Auditis ne Christus semel se: *Missa memoria*
 ipsum obtulit, nō uoluīt denuo ab ulla offerri, sed memo *sacrificii*, non
 riam sui sacrificij uoluīt fieri. Et uobis unde hæc audacia, *sacrificium*.
 ut sacrificiū ex ea memoria faceretis? Nōne sic ex proprio
 cerebro, citra & ultra prescriptum diuinum uos insanitis?
 Si autem ex memoria oblationis eius sacrificium facitis,
 & eum denuo offertis, cur nō ex memoria natuitatis eius
 aliam natuitatem quoq; ei affingitis, & denuo nasci eum
 facitis? Ita dum resurrectionis memoriam facitis, nouam
 queso resurrectionem ei parate, & resuscitate eum denuo.
 Ita dum cœcos illuminantis memores estis, facite ut cœcos
 denuo illuminet, & omnia opa eius renouate, dū eorū me
 moriā facitis. Metuo aut̄ imo uideo proh dolor, uestrū sa
 crificare uere esse, denuo Christū offerre sicut p̄dixit Heb.
 vi. Rursū crucifigētes sibimet filiū dei & ostentui habētes.
 Vere uestrū refacrificare est imp̄fīlīmū recrucifigere.

Existimō igitur, hoc secundo impetu, iterum ruere &
 facere missarum Papisticarum īpietatem. Pia enim &
 fidelis conscientia merito & digna patiēre debet, ne hoc, sa
 crificium appellat aut credat, quod certissimum est, apud de
 um & in scripturis non dici sacrificium. Et hoc solū appellat
 sacrificium quod cōstat à deo uocari sacrificiū. Quę em
 surētor est temeritas, quām sic os in cœlū ponere, ut hoc
 sacrificiū & cultum dei dicas, quod ille nō dicit sacrificiū
 & cultum dei? Quid enim hoc aliud est, quām deos arbit
 rīo nostro formare, & diuina omnia nostro sensu statuē
 re? Nonne hoc est, autoritate propria, & leges, & ritus, &
 sacerdotia, & culturas erigere, inconsulto deo? & exigere
 ut deus hæc omnia rata habeat, sinatq; se doceri à nobis,
 quid ei fieri oporteat & qua ratione colendus sit? De qua
 re cōcors est omniū prophetarū super insania populi Isra
 el sententia, quod proprijs adiuētionibus culturā dei for
 C marent

DE ABROGANDA MISSA

marent quare, deus sese in idolum formari dicit, cū tanto rigore prohibuerit ne ei ullam facerent similitudinem, id est, non de eo sentirent secundum suum sensum, sed secundum suum præceptum, nihilq; facerent quod ille non statuisset. Breuiter, abominatior est ista peruersitas, quam ulla lus queat uerbis consequi. Est enim hoc negare plane deū, & primum eius præceptum. Quare Papistæ hic aut sui sacrificij rationē reddat e scripturis, aut sciant sese suis missis, pessimos omniū seculorum idololatras esse. Scriptura nos non fallet, quæ sacrificium esse missas ignorat. Falſe sacrificium ex Missa faciētes.

In primum præceptum peccare, sacerdotiū, qui scripturæ non credunt, suo Leuiathan nixi. Cauent ob id iterum pia corda, ne missas sacrificet, at legítime illis utantur. Nos certis nitimur scripturis, ideo nec errare nec peccare possumus, missis abstinentes sacrificandis. Illi recte incedere non possunt, dum relata scriptura suis studijs dicuntur, citra, ultra, & contra diuinam autoritatem, in re tam sacra, tam metuenda & tremenda. O fuge frater & desere hoc perditum sacerdotium Papistarum.

Tertio aggrediemur sacerdotiū hoc missale impetu factō, ex ministerio uerbi. Nam & sacerdotij est, docere. Sicut dicit Zacharias. ij. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem dei ex ore eius requirent, quia angelus domini exercituum est. Sic enim debet mediare inter deū & homines, ut deo offerat pro hominibus, & homines doceat deo, ferens utrorumque ad utrosq;. Ethic quidem Papistici sacerdotes sibi uidentur regnare, quod illorum propriū esse putent, docere, sicut turget inmanis illa bucca Pelagius in Decretis. Vbi est maioritas ibi est mandan di autoritas, cæteros manet obediendi necessitas. Huc de prauant illud Christi. Qui uos audit me audit. Qui uos spernit me spernit. Hic uide sicut finixerunt sibi alienum à Christianis sacerdotium & sacrificium, ita & ministerium uerbi introduxerunt nouum & sacrilegum. Quod ut mani-

M A R T I N I L V T H E R I.

ut manifestum fiat, primum inuictis scripturis firmabis
 mus, legitimum illud & unicū uerbi ministeriū esse com
 mune omnibus Christianis, sicut & sacerdotium & sacrif
 ficiū. Dicit enim Paulus. ij. Corint. iiiij. Qui idoneos
 nos fecit ministros noui testamēti, non literā sed sp̄iritus.
 Hoc enim de omnibus Christianis dicit, ut omnes faciat
 ministros sp̄iritus, est autē minister sp̄iritus, is qui tradit
 uerbum gratiae, sicut minister literae q̄ tradit uocem legis.
 Hoc Moysi erat, illud Christi est. Itē Petrus dicit omnibus
 Christianis, ut uirtutes annuncietis eius, qui de tenebris
 uos uocauit in admirabile lumē suum. Quis Christiano
 rum non est uocatus de tenebris? At huius est & ius & po
 testas immō necessitas annūciandi uirtutem se se uocantis.

Hoc quidē fieri debere cōcedimus, ne simul multi los
 quantur, etiā si omnes eandem loquendi potestatē habe
 ant. Nam & Paulus erat dux uerbi, Act. xiiii. quo loquen
 te Barnabas tacebat, sed nunquid ideo Barnabæ non erat
 ius & necessitas loquēdi? Oportet inquam iuxta Aposto
 lū. i. Corint. xiijj. omnia honeste & secundū ordinem fie
 ri in nobis. Sed per hoc æqualitas ministeriū non tollitur,
 immō confirmat. Ideo enim necessarius est ordo loquēdi,
 quod omnes potestatē habent loquēdi. Si enim unus tan
 tum haberet potestatē loquendī, quid de ordine necessarie
 esset præcipere? Sed uideamus eum locū Apostoli totum,
 qui Papistica mēdacia, de fure docendī & maioritate,
 potentissimis fulmīnibus cōterit. Dicit itaq̄. Siue lingua
 quis loquiſ, secundū duos, aut ut multū, tres, & per par
 tes, & unus interpretet. Qui si nō fuerit interpres, taceat in
 Ecclesia, sibi autē loquatur & deo. Prophetæ autē duo aut
 tres dicant & cæteri dijudicet. Quod si alii sedēti reuelatū
 fuerit, prior taceat. Potestis enim omnes p singulos prophe
 tare, ut omnes discāt & omnes exhortenf. Hac Paulus. Vos
 idola Papæ hic cō pello quid cōtra hæc mutire potestis?

C ij Paulus

DE ABROGANDA MISSA

Paulus dicit, omnes posse prophetare, & per ordinem unus post alium potest loqui, adeo ut sedens & audiens, si quid reuelatum ei fuerit, surgere possit, & prior loquens debeat ei cedere & tacere, tū quicunq; sunt, qui loquuntur, sub iudicium audientium loqui, & eorum autoritati subdī debent. Vbi nunc est os tuum impudens & bucca blasphemā Pelagi? qui crepasti immani superbia. Vbi est maioritas ibi est mandandī autoritas, cæteros manet obedien-dinecessitas. Scilicet Satan ipse per os tuū aduersus Christum in Paulo loquentem, hāc rabidam uocem euomuit. Christus te & tua omnibus subiicit, autoritate diuina, dās omnibus & loquendi & iudicandi potestatem, tu uero te-meritate propria, omnes subiicis tibi, & eleuaris super omnes solus sicut Lucifer, arrogans soli tibi ius loquendi & iudicandi. Igitur omnes Christiani, ius & officium habēt docendi, ut rumpatur Behemoth cum universis squa-mis suis.

Consequens est ut illud Christi, qui uos audit, me audit, non maiore fide, ad suam tyrannidē traxerint, quā illud Prophetæ. Nolite tangere christos meos. Propheta enim loquitur de christis dei, dū dicit, christos meos, id est, quos deus unxit unctione sua & sanctificauit spiritu sancto. Papistæ trahunt ad christos Papæ & Episcoporum, qui unguntur oleo isto corruptibili in summis digitis tantum. O flagitia papistica in diuinās uoces. Christi dei sunt omnes sancti Christiani, & Papa facit christos dei, eos qui luponariibus & speluncis latronum seruiunt. Sic cū omnes Christianos audiri oporteat, id est, qui Christū loquuntur. Papa trahit ad suos Apostolos tantum, qui non nisi diabolū loquuntur, & qui spernit diabolū eius, Christū spreuisle iudicandus est. Vides itaq; ut sub titulo cōmuni mi-nisterij spiritualis, sibi erexerint ministerium propriū perditionis, sicut sub titulo sacerdotij & sacrificij ueritatis in-troduxerunt sacerdotiū & sacrificium mēdaciū & erroris. Atq;

MARTINI LUTHERI.

Atq; ut suo sacrilego ministerio sustulerūt de Ecclesia ministerium uerum uerbi, ita & sacerdotio & sacrificio suo mendaci aboleuerūt penitus sacerdotium & sacrificium uerum Ecclesiæ. Sed addemus adhuc unum, quod supra memoratum est Iohan, vi. Erunt omnes ~~theodidacti~~. Si omnes sunt à deo docti, ergo non soli rasi & digitis unciti seu infecati, sunt à deo docti. Imo qui sunt minus ~~theodidacti~~ ^{facto}, quād hoc perditum chaos rasorum & oleatorum idolorum. Si autē omnes sunt theodidacti, certe omnes spiritum & uerbum dei habent. Quare non modo laicus sed & Papa subiectus est theodidacto, nisi non est subiectus uerbo & spiritui dei. Theodidactoēm totus mundus etiam angeli de coelo cedere & credere debent, quia non homini sed deo, qui eū docet, ceditur aut restitutur in eo, & tamē audent adhuc septies insanissima idola Papę, nō modo disputare sed & iactare, Papameſſe ſupra Concilium, ſupra uniuersam eccleſiā. Quid enim eſt hoc dīcere, nīſi Papā eſſe ſupra theodidactos? At ſupra theodidactos eſſe, quid eſt nīſi ſupra deum eſſe? Et impletū eſt illud Pauli, Homo peccati, filius perditionis, qui eſt aduersarius & extollitur ſupra omnem deum, qui dicitur & colitur.

At obijcent hic Paulum, qui dicit. i. Corint. xiiii. Mulieres in ecclesia taceat. Turpe enim eſt mulieri loqui. Nō enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe. Quare miniſterium uerbi non potest eſſe commune omnibus Christianis, nec alia quacunq; cauz terdiſtu doſa impeditis loqui permittitur. Credo enim ius iſtud loquendi, eti omnibus commiue ſit, non tamen poſſe aut debere exequi, nīſi eum, qui idoneus ſit præ caeteris, & ei qui idoneus ſit, caeteri locum facere teneantur, ut ſeruetur ordo & honestas, ſic eī & Timotheo præcipit, ut cōmentetur uerbum iis qui idonei ſint & alios docere. Exigitur autem ad loquendum ultra ſpiritu etiam uox, eloquentia, memoria & alia naturalia dona, quibus qui caruerit, meri C iii to ſuum

DE ABROGANDA MISSA

to suum ius alteri supponit. Ita mulieres Paulus prohibet loqui, nō simpliciter, sed in Ecclesia, nempe ubi sunt uiri, potentes loqui, ut ne cōfundatur honestas & ordo, cū uir multis modis sit p̄muliere idoneus ad loquendum, & magis eum deceat. Sed nec ex suo capite Paulus hoc prohibet, immo adducit legē dicens, subditas esse debere, sicut & lex dicit. Quia auctoritate diuinæ legis certus erat, q̄ sp̄ ritus sibi ipsi nō contradiceret, & mulieres prius per eum uiris subiectas, nunc supra uiros non eleuaret. Quin potius memor & tenax sui instituti, p̄äsentibus uiris, magis uiros quā mulieres aflaret. Alioquin quomodo solus Paulus resisteret spiritui sancto, qui in Iohanne promisit, Et prophetabunt filiae uestræ? Et Act. iiij. erant Philippo quatuor filiae uirgines prophetates. Et Maria Mosi toror erat prophetis. Et Olda prophetis consuluit sanctissimo regi Iosiae. Et Dibora ducem Barac instruxit. Deniq; B. uirginis canticū uniuersa celebrat ecclesia per orbē. Et ipsem et ca. xi. docet mulierē debere uelato capite orare & propheteare. Ordo itaq; & honestas est, ut uiris loquentibus in eccllesia taceant mulieres. Nullis autem loquentibus uiris, necesse est ut loquantur mulieres.

Concludimus ergo his robustissimis scripturis confirmati, unū esse dundaxat, idq; cōmune omnibus Christianis in Ecclesia ministeriū uerbi, quod omnes loqui & iudicare possunt, & omnes audire tenentur. Et cū scriptura aliud ministeriū ignoreti, querimus ab idolis papisticis, unde habeant suū ministerium illud incōmunicabile omnibus. Agite, prodite uiri Papenses, ostendite unum iota scripturæ de ministerio uestro. An buccam illam sacrilegam Pelagiū producetis, Vbi est maioritas, ibi est mandādi autoritas? Cōsulite Parrhisienses & Louanienses bleñones. Interim nos quid faciemus? Ministeriū uestrum cū sacerdotio & sacrificio, iam tertio prosternimus & pronūciamus autoritate diuina, confidenter & libera conscientia, quan-

MARTINI LUTHERI.

12

tia, quādoquidē sine testimonio diuino regnatis, uos esse
 ministrōs Satanæ & ministeriū uestrum cū sacerdotio ue-
 stro per Satanā esse in orbē introductū, ad uastandum saluta-
 re illud & unicū ministerium spiritus. Nam ideo damna-
 stis & hunc articulum in Iohanne Husz, ne scilicet liceret
 Christū docere & audire à quocunq; sed solū Satanā audi-
 re cogeretur mundus ab impiō & perditō ministerio ue-
 stro. Hinc est, quod nō nisi digna ministerio isto uestro do-
 cetis. Euangeliū extinxistis & damnastis. Mēdacia uestra
 & Aristotelis docetis, & spiritus Satanæ regnat in omni-
 bus librīs & doctrinīs uestrīs. Hæc inquā de uobis absq;
 scrupulo pronūciamus, nisi testimoniuū adduxeritis è scri-
 ptura p uestro mīnisterio. Sed quādo adducetis? Nos po-
 tius adduximus testimoniā, q; quicquid nō est uerbū Chri-
 sti, Satanæ mēdaciū sit, dicēte Christo Iohan. viii. Quādo
 mendaciū loqui, ex propriis loqui. Nonne hic clarū est,
 ueritatē nō nisi ex deo dici posse, & quicūq; ex propriis lo-
 quiū eū mendaciū loqui. At mīnisteriū papisticū cum reli-
 cto uerbo dei & propria autoritatē loquaſ sicut uideamus,
 nō potest nisi ex propriis loqui. Quale igī est sacerdotiū
 tale & sacrificiū, tale & mīnisteriū. Sacerdos, lex, opus, om-
 nia nihil nisi mendacia Satanæ. Quare Christiane lector,
 tibi ante oculos pone, turbā infnitā hanc sacerdotiū & mo-
 nachorū, cum suis missis, sacrificiis, legib; & doctrinīs,
 cultibus & uniuersis operibus. Et uidebis nō nisi scenam
 & theatru quoddā Satanæ, populū impiū perditionis, ut
 Petrus appellat, irā dei reseruatū in ēternū.

Persuasum ar̄bitror, his tribus argumentis abunde
 omnibus piis conscientiis, Sacerdotium istud Missale
 & Papisticum, prorsus Satanæ operationem esse, unde
 fatis fideliter eruditri quisq; potest, ne quidquam apud
 eos recte & pie gerī credat, & missas istas sacrificias,
 non nisi ad iniuriam testamenti dominici repertas. Pro-
 inde nihil in toto mundo æque fugiendum detestan-
 dumq; esse

DE ABROGANDA MISSA

dirmq; esse, atq; speciosas huius sacerdotij laruas, missas,
culturæ, pietates & religiones. Siquidem præstat, publis
cū lenonem aut latronem esse, quām huius generis sacer-
dotem. Sed pergamus tamen & huius singularis sacerdo-
tij ipsa summa decora & columnæ uidere, nempe Epis-
copos, equestre illud & heroicum sacerdotij genus, quod
se principes Ecclesiarum nominare audet, quo totum cor-
pus abominationis huius perspiciamus. Atq; iterum hic
fundamēti loco inconcusse teneamus, quod iam toties po-
suimus. Quicquid cītra scripturæ autoritatē fit, presertim
in ihs quę pertinent ad deū, id manifestū sit, ab ipso Satana
profectum esse. Satis enim monstrauit deus in Nadab &
Abihu, dum nolle ignem alienū offerri, quām uehemē
ter detestetur in rebus sacris aliud gerī, quām a seipso esset
definitum, Sanctificabor (inquit) in his qui apropinquat
mihi. Quanto magis putas, indignationem eius accendi,
quando non solum præter sed & contra præscriptū eius
quicquam in sacrī innouatur, & suum institutum euacu-
atur, ubi impius Achaz altare æreū mutat in Horologū
& altare Damasci ponit in templū domini. Tale est quod
agit in Episcopis istis gloriōsis & insulatis, quos tantū
abest, ut deus agnoscat, ut nullū genus hominū in terra
diuinæ maiestati magis aduersum esse possit. Nō enim so-
lum cītra dei præscriptū, sed & directe contra deum erecti
sunt & regnant, quod & euidenter & inuicte monstrabo,
iis qui scripturæ credūt. Nam ipsis idolis qui scripturā ne-
gant, suis tantū Decretis credūt, nihil uerilimile dixeris,
nisi mendacia, quę in cordibus eorum uersantur, dicas.

ANTITHESIS EPISCOPORVM

Christi, & sacerdotij Papisticorum.

Paulus dicit Tit. i. Huitis gratia reliqui te in Candia, ut
reliqua perfecte corrigas, & constitutas presbyteros per sin-
gulas ciuitates, sicut ego tibi constitui, si quis est sine cri-
mine,

mine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ. O portet enim Episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem &c. Hic, si credis in Paulo spiritum Christi loqui & statuere, agnoscis simul statutum diuinum esse, ut in qualibet ciuitate sint plures Episcopi, aut saltem unus. Perspicuum est enim, quod presbyteros & Episcopos eosdem facit, eadem autoritate dei, dum dicit, Ideo constituentes presbyteros per singulas ciuitates si ne criminibus existentes, quod Episcopum oporteat esse sine criminibus, Presbyteros autem uocat non idola ista rasa & oleata, sed seniores & coniugatos laicos in ciuitate, honestæ uitæ & famæ, hos uult Episcopos fieri, plures in qualibet ciuitate, ut dixi. Grace enim clare patet, plures uni ciuitati constituentes esse, ubi dicit, κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, Presbyteros secundum ciuitatem, id est, ubi ubi ciuitas fuerit, ibi presbyteros constitutas. Idem Philip. i. Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & diaconis, gratia uobis &c. Philippi erat unica ciuitas, & tamen plures eius Episcopos salutat. Idem Act. xx. misit ad Ephesum & uocauit presbyteros Ecclesiæ ad se. Qui ubi uenerunt, dixit ad eos inter multa alia. Attendite uobis & universo gregi, in quo posuit uos spiritus sanctus, Episcopos, ut pascatis Ecclesiæ dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ecce Jesus quoque una ciuitas erat, & presbyteros seu seniores in ea Ecclesia, Episcopos appellat, plures à spiritu sancto constitutos.

Quid aduersus hæc tria coelestia fulmina potestis uos locutæ sumosæ putei abyssalis? Per Christum te oro, Christiane lector, nihil te moueat Cardinalium, Episcoporum, Parvorum insulæ, pilei, mulæ, familiæ, gemmæ, aurum, purpura, & universus ille fastuosissimus imperiorum hominum fastus. Paulo, imo spiritui sancto crede, non sunt illi Episcopi, sed idola, larvae, monstra & portenta iræ dei. Episcopi pos audis

DE ABROGANDA MISSA

pos audiſ h̄c diffiniri, uiros cōiuges & honestos in una ciuitate, quotquot necessarii ſunt ad curandū populū eiusdem ciuitatis. Hæc diffinitio nō Ecclesiæ, nō Conciliorū, non patrū, non deniq; lupanariū iſtorum proſtitutissimo rum Parrhisiēn & Louaniēn, ſed ſpiritus sancti, ſed Ihesu Christi, ſed diuinæ maiestatis eſt, aduersus quā ſi uniuersi angelī de cœlo cū tota creatura ſaperent, quid obſecro te deberēt mouere? Nonne ceu inane arboris foliū eorum uerba deberes aſtimare, præ uerbis hiſ aeternæ maiestatis? Nunc cum ei aduerſentur non niſi ſeſde ſimiæ & meſe laruae hominū, non miňus indocta quām impia, inutiliſſimū ſcilicet hominūm chaos, quod uix idoneū eſt, ipſas laruas Epifcopales geſtare, quid eſt, quod eos aut paueas aut mireris? ac non potius ceulabes & maculas orbis terrarum ducas (ut Petrus eos appellat) cum uniuersis ſuis pompis, ſtatutis, rītibus mendacibus & ſacrilegiſ?

Adeſte ergo uos abominabilia monſtra terra & ratioñem reddite, unde & qua autoritate uos eſtiſ & uocamini Epifcopi? ſpiritus sanctus uni ciuitati plures cōſtituit Epifcopos, uos ſinguli pluribus. Et unus Papa omnibus orbiſ ciuitatibus Epifcopus eſſe nititur. Quia autoritate? Nonne iſpius met Satanę aduersantis per uos ſpiritus sancti autoritatē? Quid habetiſ, quod h̄c mutiatiſ impia & ſacrilegæ laruae? Concluimus itaq; cum fiducia, uos iuxta diuinās literas & decretum ſpiritus sancti, neq; eſſe neq; dici Epifcopos, ſed magis aduersarios & uafatores tam Epifcoporū quām decreti diuinī de Epifcopis conſtituen‐diſ. Eſtiſ uero epifcopi uocatiōe ſatanę & cōſtitutiōe Apoſtoli eius Papæ, unde & recte uocamini creature Papæ, nō ſpiritus sancti. Qualis creator, tales creature. Nō tremūt ad huc ceruices uerſtę duriflīmę, dū auditis uos nō modo ciitra uolūtati dei, ſed impiissime cōtra uolūtati dei Epifcopoſeſſe. Hoc eſt, quod ne cogitatiſquidē de ullo Epifcopi officio, ſed animalia uētris & gloriæ dūtaxat eſtiſ, ſagina

MARTINI LUTHERI.

ti ad uictimā æterni iudicij dei. Iḡitur producite & uos ali
quod testimonium de uestro Episcopatu. Quod cum fa-
cere non possitis, nos autoritate spiritus sancti libere pro-
nunciamus, uos esse idola mundi, qui titulo ac nomine
Episcoporum uiolenter arrepto, & legitimis Episcopatis
bus extinctis, aduersarii nouissimi sitis Christi & Ecclesiae
eius. Sic nos de uobis & iudicare & sentire cogit spiritus
in Paulo Episcopos constituens, cum nihil in orbe sit dis-
similius & repugnantius Episcoporū statui, quam uester
larualis & plus quam mundanus status.

Sed ne solus Paulus sic uideatur Episcopos describere
audiamus & Petrum. Dicit.i.Pet,v.Presbyteros qui sunt
in uobis hortor ego compresbyter & testis Christi, passio-
num & futuræ gloriæ socius. Pascite eum, qui inter uos
est gregem Christi, episcopantes non coacte, sed uolunta-
rie, non turpis lucrī gratia, sed prompte, non quasi domi-
nantes in hæreditatibus, sed forma facti gregis, cum uene-
rit archipastor, accipietis immarcessibilem gloriæ coro-
nam. Vides hic presbyteros & episcopantes in uno quoq;
grege eosdem & multos esse debere, per omnē modū quo
Paulus disposuit. Quod autē nostra translatio habet, Nō
dominantes in cleris, interpretis incuria fuit, quæ fecit, ut
clerū hoc loco intelligeret, quos nunc à laicis discreuit im-
pia hominū traditio, cū Petrus uocet hic clerros heredita-
tes seu substātias, uolēs seniorēs ecclesię tales esse, quia sciant
se gregē Christi regere, nō propriia aliquā hæreditatē, pro-
inde nō dñari sed seruire illis debere. Serui enim sunt alienæ
hæreditatis, id est Christi, nō dñi propriarū rerū. Non uero
Papa cū suis laruis non dominatur modo, sed tyrannisat,
graffat, bacchaf in oues Christi, subiiciēs sibi & res & cor-
pora & aias oīm, robustius illis utēs, quā ullus herus suis
propriis rebus. & hoc uocant hodie, pascere oues Christi.

Vltimo Christus Luce. xxij. cōtendētibus Apostolis de
maioritate dicit, Principes gentiū dominātur eorū, & qui

D ij potesta

DE ABROGANDA MISSA

poteſtatem ſuper eos habent, benefici (id eſt, quos nunc
gratiosos uulgo uocant) uocatur, uos autem non ſic. &c. Hic
te lector mediū conſtituo iudicem inter Christum & Papam,
Episcopos, quos hodie principes gentium non queunt imi-
tarī prae magnitudine dominationis & opus Christus sta-
tuit ut ſint, non ſic. Papa ſtatuit, ut ſint uti, p. ſic, Confer hic
principiis & uicarii ſui uoces, Non ſic, & utiqꝫ ſic, & uide
bis, quiſ Christus & quiſ Antichristus ſit, Et qui ſint Epis-
copi, & qui larvae Episcoporum. Ve nobis mileris, qui in
hiſ iræ nouiflame tēporibus ſub talibus larvis, idolis, idi-
otis, truncis, lupis, pestibus, & monſtris nocentiſſimis ſi-
ne Episcopis & preſbyteris uiuere imo perire cogimur.
Statuimus itaqꝫ autoritate dei, Episcopos Christianos eſ-
ſe uiros graues & prouectæ ætatis, coiuages, laicos, doctos
in uerbo ueritatis, in qualibet ciuitate plures, uel per uici
nos coepiscopos, uel a plebe ſua electos, quales modo eſ-
ſent, quos uulgo parochos ſeu plebanos uocant, & capel-
ianos eorū diaconos, niſi per tyrannidem ſuperiorum ido-
lorum miſtas ſuas prophanarent, Euangeliū tacere co-
gerentur, celibes perirent, & nullum Epilcipi officium im-
plere permittentur. Haec eſt Apoſtolica sanctio, diuinum
decretu[m], Spirituſancti rituſ ordinandorum Episcopo-
rum. Quales fuere, S. Sp̄ridion, Cyprianus, Auguſti.
Ambroſius. At qui nunc ſuper plures ciuitates imperant,
nihil tamen faciunt, niſi quod aliquando iſulam geſtant,
lapides & ligna aqua conſpergunt, fumo conſecrant, &
campanas tingunt, quia propriis furoribus erecti ſunt ad
uerſus decretum diuinum, Satanae ludibriæ, & dei aduer-
ſarii ſunt unā cum principi & creatore ſuo Papa, prope
diem deſtruendi per aduentum ſaluatoris noſtri, Amen.
Haec omnia cum certis, apertis, fidelibus nitantur ſcrip-
turis & uerbis dei, oportet pias conſcientias ſecuras & li-
beras eſſe ad contemnendum cum fiducia, totū hoc cor-
pus Babylonicum cum pompa & ſpecie ſua.

Superest

MARTINI LUTHERI.

Supereft tertia pars huius Satanici sacerdotij, quod est
 sylva & arena monachorum, genus mixtum, nec sacerdo
 tes ne claci nec monachi, ne nihil desit, quod monstrorū
 ratio postulat, sed ex omnibus & singulis cōfusum. Verū
 quatenus sunt sacerdotes, ad eos simul pertinent, quae de
 sacerdotio, sacrificio & ministerio dicta sunt. Quatenus
 vero monachi sunt proprio uolumine opus habent descri
 bi cum suis stultis, impijs, impossibilibus & à nullo unq;
 seruatis uotis. Ideo ne prolixiores simus, differemus eos
 in suum tempus, hoc dixisse contenti, Christianum popu
 lum esse simplicem, in quo prorsus nulla secta, nulla diffe
 rentia personarū, nullus laicus, nullus clericus, nullus ra
 sus, nullus unctus, nullus monachus esse debeat, sed sine
 ullo discrimine omnes uel coniugati uel coelibes, arbitrio
 quicq; suo. sicut modo in ciuilibus communitatibus uide
 mus naturaliter fieri, Episcopi vero seu p̄sbyteri, seu senio
 res, seu diaconi, prorsus nulla re differre à cæteris Christia
 nis debet, nisi solo officio uerbi & sacramenti. Sicut senator
 nulla re differt à ciuib; suis, nisi officio regēdæ ciuitatis.
 Qui autem sectis introductis, hanc simplicitatem sciderunt
 in laicos & clericos, in rasos & non rasos, deinde rasos in
 monachos & sacerdotes, post monachos in uestes & cibos
 infinitis modis uariatos, similiter & sacerdotes in uarias
 culturas & diecses. Hi sunt qui auctore Satana, Ecclesiā
 & scripturam dei uiolauerunt, & astutia serpentina sensus
 Christianorum corruperunt à simplicitate que est in Chri
 sto, ut Apostolus ait ad Corinthios. Ideo Episcopi & pre
 sbyteri, nullum sectæ nomen habent sed tantū officij. Ut
 presbyter enim seniorem, Episcopus uisitatorē significat,
 ex quib; nunc dignitates & status fecerūt impij & schis
 matici homines. Paulus alias etiam dispensatores, mini
 stros Christi, seruos dei, prepositos uocat. Hæc sati modo
 sint de impij illorum sacerdotio, sacrificio & ministerio.
 Ex quib; puto, piam conscientiam satis eruditā, ut si se

D ij uideat

Monachi.

D E A B R O G A N D A M I S S

uideat non esse in legitimo sacerdotio Ecclesiae, quā ocyf
sime, ponat hoc satanicū sacerdotiū, & uel curet uero mi
nisterio Episcopi aut diaconi initiari aut rursum laicis si
milem uitam apprehendere, pro stercoribus habito, illo fi
ctio charactere, & oleo & raso uertice & uestitu pharisa
eo istorum sacerdotum. Non enim deo sed Satanæ sacer
dos est, qui eiusmodi est. Ideo nec deo, sed Satanæ pepi
git, si quid pepigit, cui nullum pactum seruari potest, nisi
uioles pactum dei uiuentis. Iactent Papistæ suas longas
Hasta, & pu-
giones Emseri. hasta s & breues pugiones, quod Patres eorum ex spiritu
sancto statuerint has pompas & laruas. Nos contra iactaz
mus Scripturas sanctas, certi, quod spiritus sanctus sibi
ipsi non contra dicit, nec aduersatur. Non enim est deus
dissensionis sed pacis & unitatis. Cum autem omnia eo
rum monstrauerimus esse aduersus dei scripturas euiden
ter, nō antea credemus, eorum gesta ex spiritu sancto esse
quam docuerint, spiritum sanctum sibi ipsi contrarium
esse, aut scripturas suas reuocasse. Deinde conuincat, sua
ex spiritu sancto esse, sicut nos conuincimus ex scripturis,
nostra ex spiritu sancto esse. Bullas & ampullas hominū
contemnimus, scripture ueritatem adoramus & reuere
mur, quam si ipsi contemnunt, ualeant & soli adorent su
as bullas. Qui nō est meū, ait Christus, contra me est, ita
nos dicimus. Quod non est cum scripture, contra scripture
ram est. At sacerdotia, sacrificia, ministeria, Episcopatus
eorum, non sunt cum scripture, ut probauimus, necesse
est ergo contra scripturas ac per hoc contra deum esse. At
contra deum uiuere, quis nobis persuadebit?

Epilodus.

Vide itaq; Satanæ astutiā in Ecclesia uastanda, quam
pulchre seruatis nominibus sacerdotii, sacrificii, ministe
rii, contrarias abominationes sub illis inuexit. Scilicet ni
hil praeiosius ecclesia habuit sacerdotio, sacrificio & mi
nisterio, ideo sub horū specie potissimum nocere cogita
uit, & prosecut per iram dei. Utile enim fuit suum sacerdo
tium

MARTINI LUTHERI.

tium questui. Nam dum missa coepit sacrificiū esse, facile totius orbis opes ad suum sacerdotium hoc titulo contra xit. Per opes uero auaritiam, superbiam, pompam, ocia, libidines & omnia illa infanda nefandaq; quæ hodie uideremus intundare, pleno impetu impulsit, donec penitus abolito uero sacerdotio, iam nihil sciret orbis præter Missas & missales sacerdotes, omnibus hominibus unio error refalsis, dum sperant hac una uia remissionem peccatorū & introitum regni cœlorum opibus suis emere. Ita secure iam regnat & potitur uictoria, quam quæsiuit, & paulatim promovit suo sacrilego sacerdotio, adeo ut multi sancti uiiri & electi hunc errorem non solum non intelligerent, sed etiam iuuarent uerbo & opere. Sic concidit sacerdotij uerū uirtus, positis loco fide operibus. Euacuata uis sacrificii ueri sublati cruce & passiōibus, & accepto ocio ac pace, extincta gloria ministerii, erecto idolo humanarū traditionum. Et impleta est prophetia Pauli, quā prædixit .ii. Timo.iii. Hoc autem scito, quoniam in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines sui amantes, auari, superbī, elati, blasphemī, parentibus inobedientes, ingratī, rerum sacrarum incuri, sine affectione, sine foedere, criminatores, incontinentes, inimites, bonorum negligentes, proditores, proterui, tumidi, carci, uoluptatum amantes magis quam dei, habentes speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Ethos deuita. Ex his enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneraras peccatis, duciles uariis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam ueritatis peruenire potētes. Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi ad fidem, sed ultra non proficiunt. Insipientia enim eorum manifesta erit omniibus, sicut & illorū fuit.

Secunda

SECVNDA

P A R S D E V E R B I S M I S S A E E X Q . VI

bus probatur, missam non esse sacrificium.

Item de Canone.



P R I M A P A R T E
sacerdotum illud Satanæ
impium & abominabile
sat potentibus scripturis
subuertimus, quibus etiā
probauimus, Missas non
posse sacrificij nomine cē-
seri, & os aduersariorum
oppleuimus, ut non habe-
ant quod possint cōtra uer-
tere, nisi suas opiniones,
consuetudines & hominū
autoritates, quas in re diuinā & fundāda fide, nullius esse
momenti nemo ignorat. Simul satis confirmatæ sunt con-
scientiæ infirmiores, ut probe intelligent, nullum esse nos-
ui testamenti sacrificium, præter id, quod scripture docet,
crucis & laudis, nec sit ullus amplius locus scrupuli, Mis-
sam non esse sacrificium. Nunc secundo loco, post bella,
pacificis documentis idem docebimus, & supra fundime-
tum positum leuiter & molliter edificabimus, sermonem
proprie ad institutum accomodantes, de missa ipsa tracta-
turi, non nostris, ut Satanæ faciunt sacerdotes, sed solis di-
uini uerbis innitendo. Quare ab initio Missæ institutio-
nem & uerba instituentis audiamus. Sunt autem hæc.

Verba Euange- Primus est Matthæus cap. xxvi. Edentibus autē illis
lii quibus missa accepit Ihesus panem & gratias egit & fregit, deditq; disci
continetur. pulis suis, & ait, Accipite & manducate, Hoc est corpus
meum.

MARTINI LUTHERI.

meum. Et accipiens calicem, gratias egit & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum &c. Gracius utrobique habet εὐχαριστίας, gratias agens, quod noster translator, bene dixit, primo loco uerit. Quod dico, ne intempestiui uerborum obseruatores, opiniones aliquas gignant aut confirmant (ut solent Sophistæ) super transubstantiatione, & nescio quibus nuzgis cōsecratiōnis. Sed sciant idem esse gratias agere, quod benedicere. Quod enim Mathæus & lucas εὐχαριστας, Marcus semel εὐλογίας dixit.

Secundus est Marcus ca. xiiii. Edentibus autem illis, accepit Ihesus panem & benedicens fregit & dedit illis & dixit, Accipite & manducate. Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit & dedit illis, & biberunt ex illo omnes, & dixit eis, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur.

Tertius Lucas ca. xxii. Et accipiens panem, gratias egit, & fregit & dedit eis dicens, Hoc est corpus meum quod pro uobis datur, Hoc facite in mei cōmemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, Hic est calix noui testamentum in meo sanguine, qui pro uobis fundetur.

Quartus Paulus. i. Corint. xi. Ego enim aceipi à domini non quod & tradidi uobis, quoniam dominus Ihesus, noscete, qua tradebatur accepit panem & gratias agens, fregit & dixit, Accipite, manducate. Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur, hoc facite in mei cōmemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, Hoc facite, quoties bibetis, in mei cōmemorationem. Vide ut Lucas cum Paulo pene per singula uerba consentiat.

Hic a te, lector pie, impetratū uelim, ut credas hos quat Verbis Euangeliū tuor testes, neque stultos, neque ebrios fuisse cum ista scriberet, illi ut Petrus in sed plenos spiritu sancto rei ueritatem scriptissime, ut in eos cumbendum.

Erum uerba

DE ABR OG ANDA MISSA

rum uerba securissime niti possit totus mundus , ac stare etiam aduersus portas inferi . Deinde non minus impetratum uelim , ut credas , Christum ipsum quoq; & si in cæna & nocte ista gessit & instituit , non tamen more hominum ebrium aut furiosum fuisse , sed uirtutem & sapientiam dei instituisse , quicquid ille instituit . Stultus & ridiculus uideor , qui ista petam , sed stulticiam eam mihi extorquet indomitus furor Papistarum , & deplorata amentia luperum , id est , Parrhisien . Louanien . & aliarum scolarum . Qui cum iam dudum sint indurati & inueterati diurno & perpetuo contemptu Christi , Apostolorum & Euangelistarum uniuersæ scripturæ . Sanctum & catholicum arbitrantur , ut cum furiosis furamus , & post habitis uerbis diuinis , iactemus cum eis uerba hominum , Patres , patres , patres , Ecclesia , ecclesia , ecclesia , Cōcilia , concilia , cōcilia , Decreta , decreta , decreta , Vniuersitates , uniuersitates , uniuersitas . Scilicet his terrenis sumis suis audet exigere , ut cedat uniuersa illa diuina & coelestia fulmina . parati , ubi non cesserint , omnia damnare & exurere . Quo furore quid aliud moluntur , quam ut Christus cum Apostolis suis fuerit in uerbis & factis suis stultus aut ebriosus : ut qui ea dixerit , quæ hominibus longe sint inferiora , ac multo fidelius super patres , concilia , scholas , decreta , in quibus non raro errores fuisse , ipsimet fatentur , nos oporteat confidere quam super Christum . Quanquam non hoc ex animo agant , ut patrum , conciliorum , ecclesiæ pietatem firment , sed suas proprias insanias & abominationes è patrum & conciliorum uel proprio uel male intellectorum errore acceptas stabiliant & ueritatem extinguant .

Adhaeramus itaque his uerbis diuinis cum fiducia , siue iuegre ferant Papæ siue puppæ , siue luanaria , siue lupæ , ac obseruamus an haec diuina oracula permittant , missas sacrificia dicere . Primum religiones illas irreligiosas contemnimus , quas hac in re stulti inuenierunt & multipli cauerunt .

MARTINI LUTHERI.

eauerunt. Quales sunt, quod uerba hæc (ut uocant)
 consecrationis minime vulgata uolunt, cœi solis sacer-
 dotibus , nec iis nisi in intimo sacrarum rerum secreto
 agentibus tractanda, quibus in toto orbe oportuit nihil es Oportuit notis.
 se notius neq; vulgatus , cum fides & salus omnium pen esse uerba Mis
 deat in illis, uti monstrabimus. Item quod seuerissimo su se.
 perclilio definiunt, Si quis omiserit dictiunculam Enim,
 uel æterni, quæ in Euangeliis non habentur reus sit mor
 talis peccati, quia contra usum Ecclesiae pronunciauerit
 uerba consecrationis, & peccauerit in formam sacramen
 ti. Non quod probem, cuiusvis arbitrio usitatam formā
 mutari, sed quod temeritatem & audaciam impiorum de
 tester, qui in rebus à deo non præceptis, nec necessariis, no
 uos infernos cōdunt, & noua peccata mortalia suo coeco
 cerebro decernunt, ubi nulla peccata nec pericula esse pos
 sunt, pauidas conscientias sine causa excarnificantes, tan
 tum ut spiritu libertatis extincto , spiritum timoris & ser
 uitutis in cordibus nostris suscitent. Nullum adulterium,
 nullum sacrilegium , nullum perjurium par esse sinunt ei
 peccato , si formam sacramenti læseris , omissa pariticula
 enim. Nec aduertunt data opera spiritus sancti , nullum
 Euangelistam aut Apostolum cum altero per omnia con
 cordasse in uerbis eiusmodi , quos tamen maxime opor
 tuit cōcordare, aut multo magis, quām nos peccare in for
 mam sacramenti. Item quām inexpiable flagitium fece
 runt, panē aut uinū manu uel alia parte corporis, quām
 digitis illis oleatis aut lingua tetigisse, cū a palla, calice,
 panno , deni ; à musca , mure , uermibus , stercore tan
 gi nihil moueantur . Scilicet corpus humanum aut car
 nem uel non numerant inter creaturas bonas, dei uelin
 sanos seipso declarant, Tale est , quod ieunium natu
 ræ effinxerunt, ut si quis guttam aquæ uel imprudens
 glutiuierit, eo die indignus sit communione. O furorē fu
 rore furiosiorem. Indignū est, inquit, ut in os Christiani

Nota optimum
canonem.

E ij aliud

DE ABROGANDA MISSA

aliud intret, priusquam corpus domini intrauerit. O festi
tra ratio. Forte nec nebulam nec aere prius intrare licet os
Christiani, quam corpus domini intrauerit, ut sacerdoti-
bus respiratione & uita interdicatur, usq; post missam &
comunionem, cum Christus & Apostoli post coenam co-
municauerint, ac fere fiat, ut moderato sumpto cibo, & os
mundius & caput purgatius & halitus incorruptior, to-
tumque corpus dignius sit quam ieunis & a somno nescio
quid grauedinis & impuritatis referentibus esse unquam
possit.

Tales inquam religiones arbitrarias, quae ultra Christi
institutionem per homines inuentae & adiectae sunt con-
temnimus, non quod nolimus eas seruari, si qui uolent,
sed peccata per eas statui & conscientiis laqueos & scanda-
la parari non patimur. Seruet qui uolet, sed libere, sciens
se non posse peccare in eo omittendo, quo uidet Christum
& Apostolos non peccasse. In iis enim solis peccatur, quae
*Impii qui consci-
entias onerant
traditionib. hu-
manis.*
contra Christi statutum fiunt. Quae peccata impii isti etiam
summi meriti loco ducunt, scilicet dum horrendo abusu sacra-
menti huius sacrificii & opus ex ipso faciunt, fidem & uerum
usum eius toto orbe damnantes & uaſtates, ut impleat im-
piorum illud uerissimum elogium, Trepidauerunt timore,
ubi non erat timor, ut iusto iudicio dei peccata & infer-
nos habeant, ubi iustitia & salus liberrima est, qui iusticias
& salutem faciunt, ubi peccata & damnatio summa est. Sic
cum peruerso peruerteritur deus, Psal. xvij. Haec uero ex mul-
tis retuli, ut animo tuo Christiane lector persuadeas, nihil
mirum esse, si sacrificium ex missa facere sint ausi, qui ui-
deas, tam stultis & impiis opinionibus eos agitari in ea-
re, ut omnia recta peruertant, & nihil dignum sacramento
isto sentiant & faciant, ut non modo suspectum sed plane
fugiendum esse scias, quicquid eorum usus & consuetu-
do prescribit. Quid enim reliquum boni faciant in missa
quando memoriam Christi & fidem extinguunt, & opus
loco

M A R T I N I L V T H E R I

loco eius erigūt : Veniamus itaq; ad ipsa uerba Euangeli
ca, & per ordinem ea contemplerur, quid nos doceant in
Missa spectare.

P R I M V M

Abunde satis esse nobis debuit, ipsum exemplum Chri
sti & Apostolorum, quandoquidem credimus, Omnem
Christi actionem nostram esse instructionem, seu ut ipse
met dixit. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego
feci uobis ita & uos faciatis. Quin hoc ipso loco, uelut pre
uidens futuras istas lupas & lupos Arabiae dicit, Hoc faci
te in mei memoriam. Quid est, Hoc facite. Nonne hoc quod
ego modo facio uobiscum? Quid autem facit? Nunquid
aureo calice, pallis & infinitis his rerum uarietatibus orna
tus sacrificat? Nequaquam, sed panem accipit &, uerbo
quo dicit, Hoc est corpus meum, mutat in corpus suum,
& dat manducandum discipulis. Si igitur inuenias fideles
qui simplicissimum hunc ritum imitantur aut imitari uo
lunt, omisis omnibus, que per homines adiecta sunt, ca
ue tu haereticos dixeris, nisi Christum quoq; haereticum si
mul criminari uelis, opponet em tibi uerbū, non Papæ, nō
luparū, nō patrū, sed ipsius Christi hoc facite. Ettu cū audi
eris Hoc facite, aliud in illis & christo factū esse, docere nō
potes, inuenieris cū Parrhis, uel rudiss. asinus, uel insignis
blasphemator Christi. Finge ergo uel Gr̄ecos uel Boēmos
hoc simplici Christianissimo ritu, facientes, quod Christus
hic dicit, Hoc facite. Et ex alia parte sedere alto solio bu
cas illas indoctissimas & impiissimas, Papam Cardinales
Episcopos, sacerdotes, Monachos, cū lupanaribus Parrhi
siens & Louaniens & sororibus suis Sodoma & Gomorra.
Quæ ubi uiderint parvulum & contemptum hunc gregem
Christi sic facere, incipiāt supercilium tollere, nasum cri
spare & turgēti gutture uoces rotare, in hunc modū. Ecce
isti haeretici & scismatici non seruant ritum Romanæ ec
clesiæ nec principia fidei & opiniones Parrhisiensis almæ

E iij faculz

Lupi deserti
Episcopi nostro
rum temporum

DE ABROGANDA MISSA

facultatis, placeantq; sibi solita philautia, de sola multitūdine laruatorum & indoctorum, citra omne testimonium scripturæ, quasi errare ipsi non possint. Quid hic facies aut iudicabis? Sequeris ne turbam & multititudinem ad malum contra legem dei, & deseres paucitatem ad bonum? cum uideas hic uerbum Christi, illuc uero uerbum hominum regnare, unde certus esse cogeris, oculos Christi eo spectare ubi uerbum suum regnat, etiam si duo tantum es sent ibi congregati. Auerhos autem esse, ubi uerbum suum exulat, etiam si tot Papæ, quod folia sylvarum, tot Cardinales quod grana, tot Episcopi quod guttae maris, omnesq; toti aurati, gemmati, purpurati & mulati & asinati ibi es sent, nonne præ maiestate uerbi Christi omnes has larvas pro stercore terræ haberes iustissime? Quid est ergo ut metras à facie istorum leuissimorum hominum? qui Christum habes tecum & secundum uerbum eius facis? Nonne Iohannes de eo dicit: Maior est qui in nobis est, quam qui in mundo est. Damment itaq; lupæ & larvæ istæ tuum

Christus non sa crificauit panem in cena. Nō igitur est sacrificium. Non damnabit te, quod illi te iudicat, sed coronabit, quod se se non illos securitus fueris. Tu habes uerbum & exemplum Christi, quod ostentes & opponas etiam portis inferi, illi quid habent? Insulas, pileos, rafas uertices, annulos & sigilla. His enim argumentis probant quæcumq; probant. Et in his rebus pendet ius & uis decernendi questio fidei, quas si eis detraxeris, nō plus Episcopaliū rerū in eis inuenias, quam in isto asino & truncu.

Commendet itaq; diligenter pius animus conscientiae suæ hoc fidele exemplum Christi, nec dubitet, nulli prorsus angelorū licere, nedum bullis humanis è sacramento dei facere, quod Christus ipse non fecit. Quod si quaratio ne

M A R T I N I L V T H E R I .

ne etiā liceret per impossibile, adhuc non est integrū neq;
tutū Christiano, ab exemplo Christi discedere, & aliquid
sine exemplo eius innouare, præsertim in re tāta. Ut quid
enī nos ille suo exemplo & uerbo docet & præit, si liceret
aliud tentare sine uerbo & exēplo eius? Cur uenit in hunc
mundū, si non satis est eū sequi in ihs quæ nobis ostendit?
Aliud est sane quod ceremonijs & uestibus additis aliter
nūc tractatur, quām à Christo tractabatur. In ihs enim hoc
sōlū noxiū, & damnandū est, si necessario ad rem pertine-
re credant & conscientias uexent, cū sint libera omnia, quæ
in Christi institutione non inueniuntur, quæ libertas facit
ut innoxia sint. At sacrificiū ex eo facere, hoc non est ali-
quod externū addere, sed substantiā ipsam sacramenti &
totū quod est à Christo institutū, mutare. Hoc non modo
sine exemplo, sed & contra rē ipsam & exemplū est. Nec li-
bertas hoc malū potest innoxium facere sed damnandum &
detestabile est ut summa idolatria & blasphemia.

S E C V N D O.

Euidens est, uerba instituentis Christi, uerba promissio *Verba missae*
nis esse. Sic em dicit. Hoc est corpus meū quod pro uobis *sunt uerba pro*
tradetur. Hic calix nouū testamentum est in meo sanguī *missionis, non*
ne, qui pro uobis effundetur. Nec etiam lupanat ipsum *igitur sacrificii*
Parrhisiense, omniū insulfissimū & stupidissimū, tam stu- *um missa est.*

pidū esse potest, quin agnoscat haec esse promissiōis uerba
inuolentia pignus eiusdē promissionis, quod est corpus
& sanguis Christi in pane & uino. Promittit traditio cor-
poris & effusio sanguinis in remissionem peccatorū, quæ
est res noui testamēti, ut uidebimus. Ad promissionē aut̄
requiritur fides accipientium promissionem & pignus
promissionis. Sine controuersia enim promissio & fides
sunt correlatiua, ubi promissio nō fuerit, fides esse nō pos-
sit. Et ubi fides nō fuerit, promissio nihil sit. Atq; ut pro-
missiō gratuita uenit absq; ullis meritis seu operibus dona-
ta, alioqui nō promissio sed merces & retributio esset, ita
fūscipit

DE A BROGANDA MISSA

suscipitur sola fide sine operibus, alioqui opera mereretur
eam. Ideo promissioni satis fit fide, & fidei satis fit promis-
sione. Semper enim opera euacuant promissionem, & rur-
sus promissio euacuat opera. Omnia ergo hæc uerba, pro-
missionem diuinam & fidem humanam spectant, nec ullus
apex hic ponitur, qui sacrificium aut hostiam indicet, necq;
sane ponî potest. Quid enim sacrificio cum negotio pro-
missionis & fidei? Necq; enim ortus tantum distat ab occidē-
te, quantum sacrificium à promissione. Sacrificium opus
nostrum est, ex nostris rebus exhibitū deo. At promissio,
diuinum uerbum est, de dei rebus exhibitum hominibus
ut plane in sancta nedum error sit, ex promissione dei sacri-
ficiūm humanū, ex uerbo maiestatis, opus creaturæ face-
re. Quæ enim proportio, nedum identitas uerbi dei & o-
peris nostri: cum nec nostrum uerbum esse opus nostrum
possit. Christus autem mandans hoc à nobis fieri in sui me-
moriā, plane aliud non uult, quam promissionem istā
cum pignore suo frequentari, ad alienam & roborādām
fidem, quæ nunquam satis potest roborari. In cuius soli-
us robur & hoc sacramentum instituit & reliquit in terris.
Iterata enim & assidue memorata dei promissione, tā dul-
ci & opulenta, animus saginatur fidei magis ac magis. Vi-
des ergo incredibilem cæcitatem & peruersitatem papista-
rum, qui ex promissione dei faciunt opus hominum, hoc
ipso testes sibi ipsis facti, quam prorsus nihil intelligent,
quid sit sacramentū altaris, nec quid agat & intendat eius
dem institutor Christus. Illi offerunt opus, hic requirit fi-
dem. illi sacrificant deo, hic promittit hominibus. Finge
& pingue absurditatem hinc aliquam similem si potes. Si
Aptā similitudo. princeps quispiam te donaret codice aliquo testamenti,
quo tibi promitteret uelut pignore certo hæreditatem su-
am totam, nihil aliud spectans quam suam bonitatem &
tuam paupertatem, nec aliud exte quaerens. quam ut codi-
cem acceptes gratusq; custodias, gaudias & diligas se be-
nefactore

MARTINI LUTHERI.

benefactorem tuum. Tu uero uelut magnum facturus, eum ipsum codicem nō acceptes, nisi ut ei exhibeas & of feras, non tuum cōmodum sed illius diuitias aucturus, ut tu potius glorieris, qui dederis, & ille pudefiat, qui à te mē dico acceperit. Nonne hic iūdicaberis, aut extrema demē tia insanire, & nihil intelligere eorum quae sunt, aut si in telligeres, summa nequitia & superbia principem irridere & illudere? Talis est absq; dubio facies & religio absurdis simi huius vulgi papistici erga maiestatem diuīā, dum missam sacrificant, & promissione dei deū diuitem faciūt.

O monstra monstrorū.

TERTIO

Verba sic sonant, Accepit panem, gratias agens, fregit, deditq; discipulis suis. Obscro, quid est frangere? quid est dare discipulis? cur non potius more legis sic dixit? Et accepit panem & leuauit corā domino, ut intelligeretur, non hominibus sed deo dedisse, id est, sacrificasse? Nunq; quid hic lauæ & lupæ adeo nihil habent uel grammaticæ uel communis sensus, ut audient dicere, dare discipulis Dare deo, sacri id esse, quod offerre deo? Vbi est ergo sacrificium? an in ficare est, dare eo quod accepit panem? at accipere, non est offerre, sed ad discipulis non se potius capere & in suum ius & usum sibi uendicare, ni item. si iterum non sumus Grammatici. Cum enim esset factus & daturus discipulis, neceſſe erat, ut in manus accipe ret, neq; enim ore aut auribus, aut pedibus frangeret & daret. At gratias egit & benedixit, Ergo gratias agere & benedicere est sacrificare? Tunc & quinq; panes ordeace han. vi. eos multiplicaturus accepit & gratias egit & dedit discipulis, discipuli autem turbis, ubi eundem ritum ser uauit, nisi quod non dixit, Hoc est corpus meū, id est, non mutauit panem in corpus suū uerbo uirtutis suæ. Quin gratias agere & benedicere, est testari, se accipere uel acce pisse à deo, nō autem offerre deo. Oblatus potius orat, ut acceptū sit quod offert. Gratias autem agens nō orat,

F ut accep

DE ADROGANDA MISSA

ut acceptum sit, sed gaudet accepisse, ut uideas, omnes ap̄ces horum uerborum pugnare, ne Eucharistia sit sacrificium deo exhibitum, sed beneficium hominibus donatum, quod accipiāt & gratias agant, non quod commendent & acceptari orient.

Hic uero uide, ut missarum uniuersarum ritus hodier
nus cum Euangelio faciat. Omnes tres Euangeliste una
diligentia, similiter & Paulus, memorant panem esse à Chri
sto fractum & datum discipulis, tacent uero an & ipse co
mederit & biberit cum eis. Quid enim est frangere, nisi in
multa partiri? Quid dare discipulis, nisi partitum aliis di
stribuere? Si ergo missa institutum & exemplum Chri
stii referre debet, necesse est, ut nulla unquam fiat, nisi Eu
charistia frangatur & multis distribuatur per sacerdotē.
*Multis distribu
endam excep
sionem esse.*

Si autem aliqua aliter persicxit, non est Christiana missa
nec cū instituto Christi ulla ex parte conuenit. Quid hic
dicetis priuati imo & publici missarii? Nonne hic solus
locus merito omnes absterrere deberet, ne ullam missam
ullus unquam celebraret? Nonne hic euidentissime sequi
tur, Exemplum Christi referre & institutū eius sequi nul
los, nisi eos, qui uel infirmis uel publice accendentibus mi
nistrant eucharistiam, ipsi non accipientes? Hi enim pro
xime omnium hanc coenam Christi representant, quia ac
cipiunt, gratias agunt, frangunt & dant aliis, ipsi ministri
eorum, sicut Christus factus minister non sibi accipit, sed
aliis ministrat. Hi uero qui celebrant, quid faciunt? simu
lant hanc fractionem, dum iuxtes partes hostiam partiun
tur, & unam uiuentibus, unam defunctis, unam beatis de
putant. Scilicet egregij distributores, qui beatis adhuc ne
cessariam fidem & promissionem faciunt. Sed quid aliud
nugarentur, postquam usum fractionis aboleuerunt? De
inde nullis distribuunt, sed sibi solis uniuersas partes su
munt, aliis auferunt. Cōser nūc istos Antichristos cū Chri
sto. Ille frangit & partitur in multos & partitū distribuit.
Isti con-

M A R T I N I L V T H E R I.

Istī contra per omnia nullis frangūt & sibi solis sumūt, nō si quod simulant quandā fractionem. Et ubi manet uerbi Christi, *Hoc facite* & cur illi faciūt aliud & contrariū? Tutissime omniū igitur facit, qui à Missa in totū, ut nunc sunt, tā priuata quā publica abstinet, quia neutra Christi exēplū & institutū amplius refert, sed ubi cōsecreauerit alii sc̄p distribuerit, tū & ipse ab alio accipiat. Sicut enim & aliorum sacramentorū nullus sibi ipsi aliquid dare debet, sed ab aliis accipere & aliis dare. Sunt hæc obscura & dubia. An determinationē almæ facultati Parisiē hic exspectabimus: quæ ructuet & dicat, *Hæc propositio est contra almas facultates & contumeliosa magistris nostralibus*? At uerba Euangelij stant clara & solida, *Fregit & dedit disciz pulis*. *Hoc facite*, nō dicit, *Et seruauit & sumpsit sibi ipsi*, *Hoc facite*. Vides ergo, si usus instituti dominici permanisset, nunquam sacrificiū ex eucharistia factum fuisset. Si cur nemo hoc sacrificiū uocat, quod minister Ecclesiae infirmis & potentibus Eucharistiā ministrat. At ubi ceptū est, frangere & distribuere, mutari in id, quod est sibi soli seruare & sumere, deinde ministrum, sacerdotem censem, ibi inuentum est sacrificium, scilicet ut haberet quod ageret ille sacerdos, ne ociosus staret coram altari. Quod si omnino sibi ipsi sumere extra exēplū Christi uollet, saltem hoc curet, ne solus sumat, sed frangat simul & det aliis, ne nihil exempli sequi, sed oīa contra exemplū Christi agerere inueniatur. Fidelia sunt uerba & satis tur tam facere conscientiam potentia, si credas & sequareis, cōcepto totius mūdi usū cōtrario.

Q V A R T O.

Etdixit, Accipite, scilicet nō solū exēplo & facto ostendit, nō sacrificiū deo exhibitū, sed donū hominibus datū, cat dat deo, in Eucharistiā esse, sed & uerbo cōfirmat, iubēs ut accipiāt. *Missa nos accipit*. Cur nō sic ait, Offerte uel sacrificeate? An papistas iterū ig pimus a deo. norātia grāmaticā impedit, ne sciāt, quid significet, Accipere: neq; em accipere hic sonat, ut tollat māibus, ceu alie-

F ij num

DE ABROGANDA MISSA

num bonum alteri exhibituri seu oblatur, sed ut sibi ipsis uendicent & in suum cōmodum uertant, tanquā donū ac iam rem propriam. Possessores enim facit doni, cum dicit. Accipite, nempe illud quod dedit & fregit. Nihil ergo offerri deo permittit hoc uerbum accipiendi, sed probat à deo uenire hominibus accipientibus donū. Quid potest cōtra tam clara uerba opponi? Adhuc Sodomæ ille & Gomorrha nos accusant, quod nobis solis arrogemus intelligiam scripturæ? Surgant, resistant, dentalia, & configat oculos tam aperti Euāgelij. Nō enim sufficit dicere, Hæc propositio est scādalosa, Scimus & uolumus Christū esse scandalum Iudaēis & signum cōtradictionis Israelī, & lapidem offensionis Synagogæ Satanae, & abominationē luspanaribus papisticis.

Q V I N T O.

Comedite, & bibite. Hoc est uniuersum opus, quod in Eucharistia facere iubemur. Ideo enim frangit, dat, iubet accipere, ut comedamus & bibamus, & post hæc memoriam eius prædicemus. Sic & Apostolus, nullum aliud opus in Eucharistia nouit nisi comedere & bibere, dum uerba Christi repetit, dicens. Quotienscumq; ergo manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annūciabit s; donec ueniat. Nihil hic offerre, nihil operari, sed accipere tantum, comedere & bibere mādatur. Necq; enim quod comedimus & bibimus, offerre possumus, cum potius auseramus & nobis demus & intra nos recipiamus. Etnō p̄det, aduersus tam euidentia & certa uerba sacrificium saecere & offerre deo, quod comedimus & bibimus. Natura enim sacrificij est, præsertim perfectissimi, quod holocaustum uocant, totum deo offerri, nihil ex eo hominibus relinqui. Si autem uictima aut pro peccato fuerit, saltem aliquam partem deo relinqui totam, cur ergo nos panem & uinum totum comedimus & bibimus, nihil relinquentes deo? Cur non totū ei relinquimus, cū uelimus hoc perfectissimum

M A R T I N I L V T H E R I .

Etissimum esse sacrificiū : ubi hic subsistet ratio sacrificij : Neq; enim garris sufficit, Christum offerri à nobis sub pa- ne & uino . Nam & ipsum sumimus sub pane & uino, at nihil sumi à nobis debet de sacrificio & holocausto domini . Pugnat offerri deo & sumi à nobis. Accipiebant leuitē olim à populo Israel oblata eorū, sed nihil eorū sumebant, quæ offerenda erant deo. Sic & dum corpora nostra & laudes sacrificamus , nihil nobis, sed omnia soli deo exhibemus, ut stet ratio sacrificij, etiā spiritualis. Prorsus inauditus tū igitur monstrū est. Sacrificium istud papisticum, ut ferē ipse Papa cum suo corpore toto non sit æque monstrosus. Totum nos uoramus , & totū deo offerimus hoc est tantū dicerre, neq; uoramus si offerimus, neq; offerimus si uoramus. Et ita dū utruncq; facimus, neutrū facimus. Quis aus diuit unquā talia: omnia sibi pugnantissime contradicunt & inuicem se consumunt, aut necessario & infallibiliter concludunt, Eucharistiā sacrificiū esse non posse. Diluant hæc rogo, Louanieñ, & Parrhisię.

S E X T O .

Hoc est corpus meū. Hic est calix sanguinis mei. Hic pri- gnus & signū promissionis apponit. Ita enim habet con- siliū diuinę bonitatis , suas promissiones aliquo pignore ceu sigillo signare & munire. Sic Abrahæ imposuit circū cisionem pro signaculo pacti & promissionis de semine suo donatæ. Et Noë cum promitteret se fore deum semini suo, nec ultra terrā dissipaturum , apposuit pro signo pro morabili arcum in nubibus. Sic deinceps ferē omnes promissiones aliquo signo firmauit, adeo ut hoc more Isaías iuberet Achaz regē Iuda, ut peteret signum à domino pro mittente liberationem populi de manu regis Syriae & Saz mariae. Apud homines quoq; pacta , pniiffa & foedera nō solū uerbis aut literis , sed additis aliqbus pignorisbus aut testibus firmanſ. Si uerbis promittūt, stipulanūt manibus. si literis, appendūt sigilla in robur pacti & promissi. Ita ut

F ij hæc

Ratio sacra-

menti.

DE ABROGANDA MISSA

promissiones si hæc promissio diuina nobis omnium esset certissima, si
gris confirmantur demçq; nostram tutissimam redderet, apposuit pignus &
sigillū omniū fidelissimū & preciosissimū, scilicet ipsum
met preciū promissionis, corpus & sanguinem proprium
sub pane & uino, quo nobis emeruit promissiōis diuitias
donari, quod & impēdit, ut promissionem acciperemus.
Quomodo ergo sacrificiū & opus nostrum facere possu-
mus, ex pignore & sigillo dei, nobis donato & promissio-
ni suæ appenso? Quis inter homines sigillum & pignus
promittentis offert ipsi promittenti, ac non potius accipit
& promittente & sibi seruat, hoc ipso tenens sibi obstrictū
promissorem, certissima fiducia expectans eius ueritatem
& impletionem? Ita & nos diuinam maiestatē hoc ināsti-
mabili pignore nobis donato teneimus obstrictam, de cæ-
tero cū summa certitudine & dulcissima, pacatissimac; fi-
ducia expectantes, ut impletat quod promisit, & cuius pro-
missionis tam preciosum sibiq; charissimū pignus dedit.
Et tu impia turba Papæ, nos offerre & à nobis abiicere do-
ces hæc incōparabilia dona & gaudia.

O quot Hiero-
miis opus ha-
bet Ecclesia qui
deplorent hec. Et ubiq; sacrificantes, nunquam autē ad certitudinē perue-
nientes, quia, amissa promissione infallibilis dei, suis sacri-
ficiis & operibus incertissimis seruntur. Deinde cum sacri-
ficant, necesse est, cogitent deum placare. Velle autem deū
placare, est eum iratum & implacatum credere. Credere
autem

MARTINI LUTHERI.

autem iratum, est expectare iram potius quam charitatem, mala potius quam bona. At Eucharistiam salubriter accepturis necesse est credere, deum summa charitate iamdudum placatissimum, ultiro donare id quo nihil habet charius, ita ut nihil aequem pugnet aduersus Eucharistiae fructum atque haec sacrilega opinio papistarum, & nocentissima conscientia deum esse iratum & hoc sacrificio placandum, qui nisi summe esset placatus & amantis. tantas suas opes nec ex hiberet nec effunderet. Vides ergo ut sacrificies isti uerius carnifices, suo sacrificio nos docent incurrere horrenda & pericula, & omnia bona in mala, uiuifica in mortifera, salutifera in damnabilia, certa in incerta, fidem in dubium, securitatem in paucorem. Breuiter, ipsam diuinam charitatem in iram, & amorem in odium, patrem in hostem, coelum in infernum, & summa in infima uertere, omnia miscere, confundere, perturbare. Non autem sic incertus es, nec ira cogitas, si Eucharistiam solum promissionem non sacrificium esse cognoscis. Certus enim es, deum mentiri non posse in suis promissionibus, se sicut placatum & amantem se se promittit & exhibit, ita eum absque dubio habes, si saltem promittenti credis. Deinde cum illum non nisi bona sua promittere ibi intelligis, mox exonerata & leta conscientia intelligis, nihil a te exigere honorum quae tu offeras, sed tantum inquitari & plandissime allisci ut bona accipias quae ille tibi proponit. At ubi sacrificare uolueris, necesse est tescum afferas conscientiam oneratissimam, quae cogitet, non nisi infinita exigi, quae offeras, prorsus praegangustia nihil uidens bonorum, quae accipere debeas. Ita fit, ut ubi summa dulcedo cordis erga deum regnare debet, ibi tyranniset summa angustia & tribulatio. Hoc scilicet uoluit Satan per istud impium & peruersum sacrificium.

S E P T I M O.

Quod pro uobis datur, Item, qui pro uobis effundetur
in res

DE ABROGANDA MISSA

in remissionem peccatorum . Hic signatur es ipsa promis
sionis , quæ est , remissio peccatorum . O dulcis & potens
promissio , sed simul impatiētissima sacrificii . Ideo enim
datur corpus & sanguis , ut nos salvi simus , remissis om
nibus peccatis . Ecce hæc sunt illa bona quæ tibi exhiben
tur in Eucharistia , putas hæc posse exhiberi ab irato & im
placato deo , ac non potius ab indulgentissimo , amantissi
mo , sollicitissimo pro nobis patre ? Quid amplius promit
tere potuit , quā remissionē peccatorum ? Quid est remis
sio peccatorum , nisi gratia , salus , hæreditas , uita , pax , glo
ria æterna in ipso deo ? Et tu insane & impie papista tuo
sacrificio alium tibi singis deum in Eucharistia . Nonne
iam dudū uides , omnes sacrifices idololatras esse , & toti
es idolatria perficere , quoties sacrificant ? Non enim
uerē deum cogitant , sed idolum sui cordis formant , cogi
tantes & credentes , esse hic deum aliquem iratum & plas
candum , qui plane in Eucharistia nec est nec esse potest .
Atq; uere iratus tibi est & manet , sicuti credis , quia extra
Eucharistiæ fidem es , & promissioni eius non credis , ni
hi lo differens ab Ethnico & Iudeo , nisi quod maiori pec
cato in hæc bona peccas , dum sacrificio tuo magis irritas
& incurris in iram , cæterum infidelitate & impietate simi
lis es , tantum titulo Christianus , & tantum rasura sacer
dos . Deniq; ut sacrilegam placandi cogitationem tibi adi
meret inter uerba , ipse met tibi signat & indicat , quo sit
placandus & placatus , dum dicit , Quod pro uobis datur ,
Qui pro uobis effundetur . Desine , rogo , tuas perditas
placationes præsumere . Vnum est , quo placat (ut ita dis
cam) solissimum & unicissimum , ne speres ultra hoc ullū
aliud placandi aut sacrificium aut consilium reliquū es
se . Maior est illa maiestas , quā ut totius orbis sanguine
& omnium angelorū meritis placari possit . Corpus Chri
sti datur & sanguis eius funditur & sic placat . Pro te enim
datur & funditur , sicut dicit , Pro uobis . Cur pro nobis , ni
si ut

Remissio pec
catorum .

MARTINI LUTHERI.

Si ut placetur ira dei, quæ imminet peccatis nostris & Placata autem ira, remittitur peccata. Hoc est, quod dicit, dari & effundi in remissionem peccatorum. Nisi enim daretur & effunderetur, ira maneret & peccata retineretur. Hic uides quām nihil ualeat opus satisfactionis aut sacrificiū placationis, sed sola fides dati corporis & effusii sanguinis pro placatione. Ne fides ipsa quidem placat, sed apprehēdit & obtinet placationem per Christum factam, quanto magis tua stulta placatio, & sine fide & sine Christo nihil imperabat, nisi maiorem iram. Stat firma sentētia, Hoc corpus datur pro uobis. Vos nihil dare nec offerre potestis in placationem aut remissionem, sed gratis donatur uobis, sed non gratis donatur Christo hoc donum dei in nobis, quia corpus & sanguinem pro eo propter nos tradit, ut diligamus, gaudemus, grati simus diuinæ misericordiae, pro inenarrabili suo hoc dono, indignis nobis donato. Nō ergo sacrificandū & dandū est in Eucharistia ab hominibus, sed tantū credendum & accipiendo a deo,

Ex quibus nunc euidenter sequitur, Eucharistiam seu missam prorsus nulli alteri posse applicari & cōmunicā. *Missa que alii. Quid enim ad me, quod usus uniuersi orbis papisticī is communicare aliter sentit & facere praesumit? Nunquid fidē dei illi eua tur.*
 cuabant & aut ignoramus prædictum esse, totum orbem seductum iri erroribus Antichristi, qui est Papa & uerba dei non fallunt nos, uec deserunt etiam in medio umbræ mortis. Quæ ut uides quām nihil exigant, nisi fidem, cū sint purissimæ, tenerrimæ, opulentissimæ promissiones. At fides in promissionem sua cuiq; seorsum est, nulli potens applicari aut cōmunicari. Neq; enim ego pro te credere possum, sicut nec tu pro me. Ita non est meū, promissionem dei tibi applicare uel cōmunicare, sed tua propria fide eam tibi applies necesse est. Stat enim sentētia. Qui non crediderit, condēnabitur. Proinde Cananæi isti Missarii & turpissimi lucrī sacrifices, dum fraternitates iactat, G missarūq;

DE ABROGANDA MISSA

missarūq; particípia uendunt, nihil aliud faciunt, quām
stultum orbem dementā & illudunt, secumq; ad inferos
trahunt, simul rapientes eorum substantias sacrilegis men-
dacijs & ludificationibus. Et hīc reuelantur fundamenta
orbis terræ ab increpatione huius sp̄iritus. Apparet enim,
super quod fundamentum Episcopatus, Collegia, Mona-
steria, templa, sacella, altaria & uniuersum regnum hoc sa-
cerdotale Papisticæ Ecclesiæ sit ædificatū. Nonne omnia
super Missarū sacrificia sunt ædificata: hoc est, super ido-
latriā pessimam omniū, super mendaciam impurissima,
super abusum Eucharistiae peruersissimū, super infidelita-
tem plusquam gentilem. Ethīc ī isto iudicio dei factū, ut
opes horum non seruant, nisi profusissimæ luxuriae, libi-
dini, pompæ, ocio, breuiter, soli abominationi Romanæ,
sicut dignum est. Talibus enim remunerari debuit autor
huius blasphemij sacerdotū. Habent tamē, quo se se aduer-
sus hæc consolentur & securos faciant, nempe, quod eis
incredibile sit, unum Lutherum recta sapere, se se uero om-
nes errare, sicut Zedechias percutiens unicum prophetā
domini Micheam, non putabat credendum esse, omnes
prophetas alios spiritu mendacij possessos, & unum illū
spiritu domini plenum esse, dignissimum plane argumen-
tum papistis, quod à multitudine trahitur, aduersus claris-
simum uerbum dei. Quid enim placeret mendacibus sui
mendacia ædificatis nisi mendaciū? Quid autē odio
haberent dignius, quam uerbum ueritatis, redargiens eo-
rum mendacia, siue eos.

O C T A V O.

Nouum testamentū. Ecce testamentum ipse metuoat
Quid testamē= Eucharistiam, quo quid pugnatiū esse potest sacrificio?
tum. Si Parrhisiensis Sodoma & Louanię. Gomorrah & uni-
uersa Babylon Papæ suū Aristotelem didicissent, agerem
cū eis per definitionis locū, si quo modo possent tam cras-
sa capita aliquando uidere, quid differet sacrificium & te-
stamentum. Sed quia sola multitudo rasorum sua stabili-
lunt,

liunt, nec diuinam nec humanā autoritatem spectantes, dimittamus asinos mutuo suis ruditibus plaudere & nostra prosequamur. Testamentū hoc differt à promissione, quod testamentū est moritū, promissio uiuentis. Sic ēm Heb. ix. dicit, Vbi testamentum est, ibi mors testatoris intercedat neesse est. Testamentum enim in mortuis confirmatū est, alioqui nondum ualet, dum uiuit qui testatus est. Cū uero deus in scripturis promissiones suas passim testamentū uocet, eo uerbo significauit se aliquādo moriturum esse, rursus cum promissiones uocat, uiucturū se significat, ut uno hoc uerbo se futurum hominē, simul moritū & semper uiucturū comprehendenteret, de quo nūc nō est locus dicendi. Est igitur testamentum, nuncupatio moritū, qua disponit suā hæreditatē certis hæredibus. De qua re cum in Galatis meis dixerim, hic breuior esse debedo. Quatuor ergo integrant testamentum, Testator, Verbum uel codex nuncupationis & promissionis, Hæreditas, Hæredes, quæ in hoc testamento uideamus. Testator Christus est moriturus. Verba taftamenti sunt, quæ nunc uerba consecrationis uocant. Hæreditas est remissio peccatorum in testamento promissa. Hæredes sunt omnes qui credunt, nempe sancti & electi filij dei. Vnde Apostolus Tit. i. fidem Christianam uocat fidem Apostolorum. Tu nunc ipse lector, uide impietatem sacrificum istorum, qui è testamēto sacrificium fecere. Deus testatur & largitur, at illi offerunt & sacrificat. Quid ergo faciūt? Primum negat̄ testamentū esse, & cogit̄ deū aut mentiri aut insanire, dū testamentū ipse uocat. Afferuisse em̄ sacrificiū, est ne gasse testamentū, cū impossibile sit, idē sacrificiū & testamentū esse, cū illud demus, hoc accipiamus, illud ad deū, hoc à deo ueniat, illud per nos, hoc sine nobis fiat. Et quid pergā differentias datī & accepti afferre, cū & bestiæ & inanimata hoc sentiat? Net patet hic Sophistis cauillādi locus, qd' alio respectu sit sacrificiū, alio testamentū,

G ij tantū

DE ABROGANDA MISSA

tantum unus est deus, & una tantum Ecclesia, inter quos
solos mediat deorsum testamentum, & sursum sacrificium.
Fateor, sacrificium est respectu dei papistarum, at hic ido-
lum cordis eorum est. respectu nostri & ueri dei, non nisi
testamentum esse potest. Secundo & testatorem Christum
esse negant. Quomodo enim testatorem agnoscerent, cu-
ius testamentū negāt? Non enim accipere ab eo quicquā,
sed tantū offerre ei uolunt, qua peruersitate non suspiciunt
eum, largum testatorem suorum bonorū, sed inexplibilem
exactorem alienorum, seu nostrorum. Tertio & hæredita-
tem negant, non enim querunt gratuitam remissionē pec-
catorū, eā quā Christus dato corpe & sanguine fusō nobis
parauit, sed propriā & nouā suo sacrificio impetrare labo-
rāt. Laborare em̄ oportet hos sanctos, nemisericordia dei
gratis accipiāt. Insuper unus est furor oīm, præparatorijs
oratiōibus, cōfessiōibus præuijs sic se ē mūdos & sanctos
reddere, ut Eucharistiā digni accipiāt, ne sit aliquid ibi,
quod remitti debeat, sed omnino spectabiles in mundicia
sua cōpareāt, & sanguinē Christi in remissionē peccatorū
fusum rideāt, quæ tamen peruersitas alia nascitur origine.
Nempe quod peccatum nullū cognouerunt, nisi actuale
propositum malī in uoluntate. Cætera omnia sunt natu-
rales uires & imperfectiones, aut ad summū soli reatus quæ
dam relationes, quæ Christo non egent. Ita sit, ut momēta
neā contritione hoc sanctissimū sacerdotiū se ē plene pur-
get, nec amplius opus habeat testamento remissionis pec-
catorum. Et sic mundi accedunt, quid non debent accede-
re nisi qui remissione peccatorum egent. Verum de pecca-
ti cognitione hic non est locus. Quarto negant & hæredes.
Hæredes enim diximus esse eos solos, qui credunt huic te-
stamen̄to, ipsi uero sacrificantes faciunt capaces & hære-
des. Eos enim adducunt, qui operibus suis & sacrificio ni-
tuntur, scilicet tam inquietas, pauidas & confusas cōscien-
tias, ut non solum non credant, sed ne hoc quidem sciant,
an cre-

MARTINI LUTHERI.

an credendum sit. Ignorant eum esse promissionem & testam
mentum, quod fidem exigat, sed sacrificium esse opinan
tur, quod opera requirat. Ita uides, papisticum sacerdotium
infelix hominū genus, prouersus Aegyptiis tenebris captū,
nihil omnino intelligere, quid sit Eucharistia, quid prester
& quo usu, quo fructu sit tractanda.

CONFUTATIO EORVM QVAE

pro sacrificio traduntur.

Ethanc eorum sapientiam super Eucharistia spirāt om
nes eorum disputationes, sermones, cantica & quicquid
de hac re tractant. Verba consecrationis uocāt, non uerba
testamenti. Et hic uideas sudare heroas istos in stadio, ut
probent mirabilia istius cōsecrationis, ut panis transeat,
ut fiat nihil, ut corpus Christi sub pane esse possit, tantum
est Aristoteli mortuo & suæ gloriæ philosophiæ nego
cium, ut hīc eius infernus uideri possit. Cæterum ut fides
& testamentum populo tradatur, tantum abest ut aliquan
do cogitent, ut nihil & que haereticum ducant, atq; si pestis
lentilissimis eorum nūgīs contemptis fidem & testamētū
in hacre quāeras. Extathistoria corporis Christi, sic tortis
deprauatisq; scripturis consuta, ut uideatur à summo dei
hoste conflata, nisi sint alicuius phrenetici aut arrepticij
somnia. Ibi Melchisedech producitur panem & uinū offe
rēs. Producitur hædus filiorum Israel imolatus, panis sub
cinericius Elié, carnes Iob, manna patrū, Isaac imolatus.
Et quid non. Hæc omnia sunt bello isti auctori, figuræ Eu
charistia. Mirum quod & asinam Balaam & mulam Da
uid non intexuerit, cum non minus apte potuerint figura
re quod ille asinus & mulus prædictis historijs figuratum
uoluit. Tum pontifex in lectionibus surgens in medium
sesquipedali hiatu, ut spores ipsum spiritum sanctum, me
ras de fide & testamento delicias & diuitias effusurum, in
cipit proœmio Papa digno, tum mox proripit se se ad phi
losophiam Aristot, egregiam illam & pulchre Christianā

*Historia festi
corporis Christi
st.ii.*

G iij concio

DE ABROGANDA MISSA

cōcionē de accidētibus & subiecto , de transsubstantiaſio
ne consumaturus . Vbi uero Aristotelem finiuit , & adhuc
esuriant animæ ; imò ſtercora hominum pro uerbo dei uo
rauerunt , largitur sanctissimus in Christo pater de plenitu
dine theſauri nubes indulgentiarum ijs qui has uocum &
terū babylonas audiuerunt . Et tamen audet hic bonus au
tor in proœmio ſingere , ſibi dulces lachrymas ſtillare per
oculos , dum iſta diuine bonitatis beneficia meditatur . Tu
nunc uide an Aristoteles contemnendus ſit , qui mortuus
Papam tam eruditum & pium facit , ut præ pietate lachry
metur . Me miserum , qui iſta portenta , & ludibria Satanæ
uidere cogor , per iram dei ineſtimabilem , pro ſerijs & ſalut
aribus rebus proponi infeliciffimis Christianis . Vbi ſunt
hic lachrymæ : ubi qui ſe murum opponant deo pro Israel
in hoc die furoris domini?

Vt finē huius loci faciamus . Caueat Christianus , præ
ſertim ſacerdotes ne sacrificium ē testamento dei faciant .
Neç enim uetus testamentum per angelos diſpōitū , pa
titur ſeſe ſacrificium dīci , cum ſit uerbū legis , confirmatū
quidem per ſacrificia pecudū , ſed nō oblatū . Angelii enim
dederunt legem , populus accepit legē , non obtulit legem .
Muſto miňus nouum testamentū ſacrificium eſſe potest
per ipſum dominū diſpōitum , cum ſit uerbū promiſſio
nis ſeu gratiæ , confirmatum quidem per ſacrificium Chri
ſti in cruce , ſed non etiā ipſum oblatō . Quām ſtultus itaq;
uel impius ille eſſet , qui uetus testamentum , ſcilicet legem
datam & acceptam , diceret ſacrificiū eſſe , tam ſtultus atq;
magis muſto eſt , qui nouum testamentum , ſcilicet promiſſionem
datam & acceptam , dicit ſacrificium eſſe . Atq; ut
uetus testamentum lex , mandabatur diligentissime doce
ri , inculcari & ubiq; memorari . Ita & hoc nouū testamentū
mādat CHRISTVS publicē doceri & omnibus & ubiq;
memorari . Eſt enim in eo ſumma tota Euāgelij , ſicut Pau
lus ipſe explicat . Quotienscunq; enim manducabitis pa
nem

M A R T I N I L V T H E R I .

nem hunc & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis. Si enim quæras quid sit Euangelium, recte respondebis, nihil aliud quām quod uerba huius testamenti habet, scilicet Christum dedisse corpus suum & sudsse sanguinē suum pro nobis in remissionem peccatorum. Hæc est prædicatio, quæ in Ecclesia uigere debet. Et impij illi nobis uerba consecrationis ex eis fecerunt, & sic cælanda ut nullum Christianum, quātumuis sanctum, uelint ea nosse. Et digne pro suo sacerdotio, quo fidem & uerbum extingue re debuerunt toto orbe, ut hoc priuatim in missis signaret quod publice per mundū operātur. Imprimēda itaq; sunt hæc uerba omni Christiano cordi, ceu compendiū totius Euangelij, & instituēdus ipse, ut horum memoria assidue exerceat, alat & roboret fidem suā in Christum, maxime uero tum, cum percipit Eucharistiam. Id quod iuult minister, dum eleuat hostiam & calicem, nullo enim uerbo me minit sacrificij inter eleuandū, quod tamē oportuit quām maxime. Quāquā quid referret, si nihil eleuaretur? Ex hominibus enim ea es eleuatio, non ex instituto Christi. Potest tamen significare, ut sicut pignus istud promissionis eleuatut ad prouocandam fidem populi, ita & uerbū promissionis seu testamenti eleuandum esse ad publicum auditum populi, ut omnes & testamētum audiant & pignus uideant, utroq; ad fidem excitentur & confirmentur.

Miror autem, uiros istos prudentes non cogitare, quod Christus non in templo sed in cenaculo, non super altari sed super mēsa, Eucharistiam instituit & perfecit, cum lex Moysi tanto rigore prohibuerit, quicquam offerri extra templum seu locum à deo electum. Et Apostoli Act. iij. cum alias ubiq; legem seruarent, tamen panē frangebant nō in templo, sed circa domos, ut Lucas ait. Quare etiam hac ratione Christus pulchre præuenit, ne sacrificium esse possit donum suum hoc salutare. Arbitror autem eos fuisse motos, ut sacrificium facerent, præter uerba canoris,

DE ABROGANDA MISSA

nis, ex ipsa eleuatione. At quid facient de hostiis pro populo consecratis? Nunquid illae cleuantur? Et quid differt sacerdos & populus in Eucharistia percipienda, nisi quod sacerdos consecrat & ministrat aliis? Si ergo infirmi aut accedentes percipiendo Eucharistiam non sacrificant, ut nemo dubitat, quae demetia est sacerdotis Eucharistiam sacrificium facere? cum in ea prorsus nihil habeat praes illis. Sed populum deus seruauit in simplicitate manentem, eos uero qui seipso sacerdotes fecerunt, & aliis praetulerunt, tradidit in sensum reprobum, ut & fidem communem populi amitterent. Haec modo dicta uolo de uerbis his salutaribus, quae spero satis abunde fidem factura prijs conscientijs, ut omni posito scrupulo cum fiducia ponant & sacrificii opinionem, teneantq; testamenti certitudinem. Reliquum est ut obiectis eorum respondeamus, quanquam ubi uerbis diuinis certi facti sumus, obiecta magis contemnere quam repellere oporteat, tamen infirmis conscientijs ut ex omni parte seruendum est, ut undiq; firmae sint, & non nutent.

DE CANONE.

PRIMO obiicient canonem (quem uocant maiorem) in quo sacrificex dicit. Hec dona, haec munera, haec sancta sacrificia illibata. Et infra post consecrationem. Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam. &c. Hoc obiectum aliud nihil uult, quam quod solent iactare, patres, patres, decreta, decreta, ecclesia, ecclesia, quoties nos a uerbis dei in uerba hominum trahere conatur. Rursum si uerbum dei opponas, occlusis auribus clamat. Non intelligis sane, expositioni patrum credendum est. Ita sub nomine patrum, pulchre nobis exterminant uerbum dei. Nos quoq; hic dicimus, & multo fortius clamamus, Euangelium, Euangeliū, Christus, Christus. Cur non sic iacimus Christum, ut illi iactant patres? Cur non Euangeliū ut illi

MARTINI LUTHERI.

29

ut illi decreta? Quod si canonē opponant, iterum eorum quoq; more clamemus. Non intelligit sāne canonē, ex positione opus est. Quis, rogo, hīc nostrā lītem componet? Si dixerint, aperta sunt uerba canonis, glossa nō egēt, dicemus & nos, Aperta sunt uerba Euangelij, glossa non egent. Et quicquid de suo & pro suo canone iactabūt idē de nostro & pro nostro Euangelio multo magis iactabimus, d. nec stemus, & æquales iactando facti fuerimus. Deinde mox triumphabimus cum negare non possint, Euangelio cedere debere quicquid non est Euangelium. Hanc enīm iactantiam patribus & decretis suis dare non audebunt, ut eis cedere debeat, quicquid patres & decreta non fuerint. Quare hīc uicimus & dicimus, cede canon Euangelio & da locum spiritui sancto, cum sis uerbū humanum. Et quanquam habeam quod pro fano sensu ca Non esse inter-
nonis dicere possim, quod & alias feci, tamen nunc non pretatiō aper-
dignabor eum talihonore, sed gloriam dabo plenissime ta uerba textus
Euangelio, indubitate fide ei inhārendo, & iuxta regulā mutanda.

Iurisperitorū, uerba obscure loquētis interpretabor cōtra eum, non pro eo, dicamq; ei iuxta parabolam. Domine canon uos estis inuitati ad nuptias & sedistis primo loco, sed ecce honoratior est inuitatus, imò ipse dominus inuitator adest, date ergo huic locū & sedeatis nouissimo loco cum rubore, cur non in eo sedistis ab initio? Si habetis aliquem pium sensum, quem uiolenter emunctis literis exprimere quis possit, habeatis, sed uos aperte contra Euangelium sonatis, ideo uos damnamus & contemnimus autoritate diuina Euangelij. Et cur canonē uehamus tam sublimiter, cum superius monstratum sit, sacrifices istos nō uno modo circa Eucharistiam delirare, ut nihil mirum sit, si & canon eorum alīcubi delirer? Quis etiam non uideat eum esse compositum ab aliquo uerboſo & parum spirituali? Quid enim attinet uerbis ita superfluere. Hæc dona, hæc munera, hæc sacrificia. Item, hosti

H am prius

D E A B R O G A N D A , M I S S A

am puram, hostiā immaculatam. Et multa alia in eo iusti possunt redargui, licet ab istis sacerdotibus suis eleutus sit supra omnes articulos fidei. Nihil enim sanctius habent hoc canone, adeo ut & ipsum Euangelium ei collatum sordeat coram eis. In quo tamen nihil à moribus suis alie num faciunt, cum aliquid non studeant, quam ut facient humana, contemniant diuinā, obseruent quae nullius precij sunt, negligant quae summi precij sunt. Negamus itaque & damnamus canonem in hac parte, tanquam aduersarium Euangeliū. Nec audimus si clamēt, Ecclesiam non potuisse errare. Sacerdotes papisticī non sunt Ecclesia, & quo modo sancti in hoc errore habuerint, statim dicemus.

Secundo obijcent sanctos, qui & hoc canone usi sunt, & missam pro sacrificio habuerunt, ut Grego. Bernh. Bonauenturam & alios. Hic respondeo, Nihil esse sub cœlo periculosis gesitis sanctorum, testimonio scripturarū non empli sancto= roboratis. Cum enim constet, iustū septies cadere, & sanctos uarie peccare, quis nos certos faciet, hoc non esse peccatum, quod sine scripturæ testimonio gesserunt? Laudo

S. Antonii indi-
stium.
in hac parte S. Antonium, qui hoc maxime inculcauit & consuluit, ne quis aliquid operis tentaret, quod non habere ret autoritatem è scriptura, immo tutius est, hoc inter peccata sanctorum numerare, quod sine autoritate scilicet ipsius secerunt, quam pro exemplo bono imitari. Sanctos enim non multum læseris, si ineertum eorum factum peccati damna ris. Agnoscunt enim sepe peccatores. At uel hemeter offenes, si exemplo eorum tete ad precipitiū impuleris. Proinde Christus uult nos non humanis gesitis, sed certis & fedibus suis uerbis niti. Iam & hoc constat è psal. iiii. quod dominus misericordia sanctorum suos. Et psal. lxxvii. Mirabilis est in sanctis suis, finit eos in multis & diu tam ignorare quam errare. Peccauit Moses & Aaron, lapsus est David & Salomon, cecidit Petrus trina negatione, & lapsus cogebat gentes Iudaïsare. Et quanto tempore quæso finit eos in peccatis

MARTINI LUTHERI.

In peccatis uolui ansequam cōuertat? Nonne omnes cantant, priusquam humiliarer ego deliqui? Et ego dixi in excessu meo, omnis homo medax. Dauid in media tribulatione peccauit, credens adulatori Siba aduersus Miphis boseih. Lot in summa tribulatione peccat cum filiabus suis. Quis uero ea uideat, de quibus ipsi met dicunt, Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine. Minima portio peccatorum cognoscitur etiam ab ipsis sanctis. Sed ut in his peccatis & erroribus seruentur sancti & pereant impij, duplex est causa. Prior, quod sancti habent fidem Excusat peccata
ta sanctorum. Christi, qua absorpti, et si multa faciant ignorantes, qua impij essent ad mortem, semper resurgent & seruantur, immo nunquam cadunt in malum. Incredibile est ihs qui excepti non sunt, quanta sit uirtus fidei, maxime in peccatis. Hac fide cum careant impij, etiam si optima sanctorum opera imitantur, peccant. Posterior, Quod sancti hac fide eruditi, prorsus in sola misericordia nituntur, nulla sua opera estimantes, quin omnia inutilia & peccata esse ex animo confitentur perpetua humilitate. At haec confessio & humilitas non sinit, ut pereant in suis peccatis & ignorantibus & erroribus, cum deus humiles derelinquere, & confitentibus non parcere non possit. Talis fuit Bernardus, de tota uita sua dicens in agone. Tempus meum perdidit, quia perdite uixi. Talis August. Vt hominum uite quam tuncunque laudabilis, si remota misericordia iudicetur.

An non uideamus in August. quomodo retractet multos errores, in quibus utique perditio erat, nisi fide seruatus fuisset. Augustini exemplum. Impij enim sunt plerique eius errores, sed confessio & timor dei fecit eos ignoscibiles & inoxios sibi, qd tam si quis per exemplo & lege sequatur, nonne in principio sua sequietur? Sicut & contingit multis, qui patrum dicta seu infallibilium oracula sine iudicio sequuntur. Ex quibus clarum est, sanctos errare aliquando etiam in pietate & ueritate fidei, quod est eos nondum esse perfectos, & tam ob coepit & crescentem fidem non perire.

Hoc perire aut

DE A BROGANDA M I S S A

perire autem eos, qui errorem hunc pro ueritate arripiunt & in exemplum trahunt, ut prorsus nihil iuuet neq; excusat, sanctorum gesta fuisse imitatum quempiam sine auctoritate scripturæ agentium. Si enim sancti non errarent in fide, pietate & scientia ueritatis, cur Apostolus Petrus doceret, crescere in fide & cognitione Christi? & Paulus, crescere in Christum, ne sicut pueri circumferamur omnī uento doctrinæ. At quod fidei deest, error & impietatis relis quum est, secundum quod sanctos aliquando agere, dura huius uitæ miseria & necessitas cogit. Sunt ergo eo modo facta sanctorum sibi ipsis innoxia propter fidem, sed impijs qui sacrificijs & operibus fidūt, pernicioſissima exempla, quia nolūt discere fidem, sed tantum opera in sanctis. Cum Apostolus, Heb. xij. mandet, ut conuersationē sanctorū intueamur, sed sic ut imitemur eorum fidē. Nostri autem papistæ dicunt. S. Bernardus sic fecit, ergo sic est faciendū. S. Augustinus sic fecit, ergo sic est faciendū. Anima līa scilicet immunda nec ruminantia, nec ungulam diuidentia, solū in opera intenti, irruunt cū tota securitate. Ita & hic in sacrificio missæ illis cōtigit & adhuc absq; dubio bonis & electis uiris contingit, ut simplici cordis fide celestrent, arbitrantes pio errore, sacrificium esse. Verum quia non in sacrificium hoc confidunt, imo pro inutili & peccati opere habent quod ipsi faciunt, pura & sola misericordia nixi, seruantur, ne errore pereant. Quos cum imitantur securi isti operum sacerdotes, sine hac fide sacrificium suum egregie tollunt, & secure alijs uendunt unde merentur errorē hunc sibi non ignosci sed imputari & sic perdi exemplo erroneo sanctorum. Corda enim & renes intuetur, iudicat & probat deus. Ideo unius errorem fert & ignoscit, & eundem in alio damnat, & punit ob cor dūm in fide & humilitate diuersitatem. Tales autem fuissent sanctos, quales dixi, illud Bernardi mihi persuadet, dum pusillanimem fratrem coēgit celebrare, dicens. Vade frater

Immunda anima
malia, que non
discernunt opera
spirituum.

S.Bernardī exē
plum.

M A R T I N I L V T H E R I .

34

ter, celebra in fide mea, qui cum sic faceret, liberatus est. Vi
des ut in fide vir sanctus totus incesserit, quem non potest per
mittere ut perdat, quantumlibet magnus error. Haec scio
sophistis mire displicitura, quos contemno, modo prijs co-
scientijs profuero, quas ipsi excarnificant.

Cognito itaq; errore, iam non licet denuo errare, & mis-
sam pro sacrificio habere. Hoc enim iam esset in totā fidē &
contra conscientiā peccare. Neq; hic fides, aut confessio ex Error piorum.
cufaret. Non enim potes dicere, uolo pie errare. Pius error
est ignorantiae non scientiæ, quales Apostolus tolerare iubet in infirmitate eorum. Roma. xiiiij. Ita eos qui ignorant
ad huc errorem, si tamen fide misericordiæ dei uiuant, non
licet damnare aut spernere, donec & ipsi errore intelligat.
Hoc autem agendum est, ut error reueletur, & non pro ue-
ritate statutatur, ne multipliantur peccata impiorum & in
firmis scandala in via relinquantur. De isto errore sanctos
rum, & perniciose exemplo eorum dicit Christus Matth. Sanctos erratis
xxiiij. Dabunt signa & prodigia, ut in errorem ducant, si rose esse.
fieri potest, etiam electos. Nec enim uult Christus hoc lo-
co, electos suos non esse erraturos. Quid enim hoc ualeret
ad magnitudinē exaggerati periculi, si nullus electus pes-
riclitetur? Sed sensus eius est, quo in oratione dominica di-
cit. Et ne nos inducas in temptationem, non ut non tentemur
sed ne deficiat fides Petri in hac temptatione, & præualeat te-
tatio in finem, ut non sit redditus ē temptatione. Ita hic in er-
rorem inducentur electi, non ut non errant, immo ut mas-
xime errant una cum impijs. Hoc enim faciet periculi ma-
gnitudo, sed non deficient in errore, nec præualebit error
in finem, quamquam uix euadant ne præualeat. Inducent
(inquit) in errorem, si fieri potest, electos, hoc est, inductos
in errorem tenebunt, ut uideantur cum eis in errore mane-
re & perire. Nonne hoc in Bernardo, Grego, Bonauent. &
multis alijs uidemus, qui in multis & magnis erroribus
permanserunt cum impijs, Bernard. & Bonauent. Fran-
H iij ciscus,

D E A E R O G A N D A M I S S A

ciscus, Dominicus cū suis, Papā ignorantes & suū regnū coluerunt, credentes omnia eius bona & recta & ex deo eis se, quod est manifeste contrā euangelium in multis locis. Deniq; ipsimet Euangelium in Papam interpretati sunt multis & magnis erroribus. Nonne impium est, petram Matth. xvi. Papam crēdere? Nonne impium est, mare face re homines, supra quos Petrus & Papa ambulēt, id est, dominentur? Nonne impium est, uerbo pascendi tyrannidē Papæ stabilire? & tamen sanctorum sunthi multi similes errores, sed ignorantium & fidei simplici in Christo haren tium, unde eis ignouit deus. Atqui cognitum errorem tuetur, & in illum nituntur ceu in ueritatē, patres sequuntur sed ad patres non peruenient, quia id quod patres tandem reliquerunt, & pro quo ueniam obtinuerunt, sequuntur sine uenia, & nunquam relicturi, sed ut articulum

De manib; seu
spiritib; morib;
tuorum.

Tertio obiisciunt syloram illam exemplorum, in quibus multi spiritus etiam bonis & sanctis uiris apparuere, petentes missarum sacrificia pro sui redēptione. Hic mihi licet loquendum est. Dubium non est, quin totum sit Satana negotium, quicquid uspiā est spirituum apparetium, tumultuātium, querulantium, & quodvis quovis modo machinantium in hoc potissimum anhelantis, ut Eucharistiam euacuaret & de terra aboleret, & in ludibrium suū uerteret. Videbat enim hac una re & uerbum & fidem se liciter plantari, rigari, crescere & roborari in uasilitatē principatus sui tenebrosi & malī, ideo plane angelica sua astutia usus est ad abolendum hoc uictoriosum mysterium, & profecit, donec missa fermē solis mortuis seruat, quae prout uiuis solū est instituta, nisi quod sacrificos stos totius orbis opibus pascit & saginat. Probabo igitur, non esse animas mortuorum, quae obambulant, & uel saluandas uel damnandas se se confitent, Primū, quod huius rei prorsus nullum habet exemplum diuinā scriptura, sine cuius autorita

M A R T I N I L V T H E R I.

autoritate (ut diximus) quicquid sit, suspectum esse debet, siue per homines siue per angelos fiat. Verbum enim suū uult deus esse nobis lucernam in loco isto squalido, ut Pe-
trus ait. Et Psal. c xviiij. Lucerna pedibus meis uerbū tuū
& lumen semitis meis. Et Christus lohan. viij. Ego sum
lux mundi. Vbi ergo ista lucerna & lux non lucet, quis au-
deat sequi & credere? Nonne in tenebris ambulat, qui sic
ambulat, sicut dicit. Qui sequitur me nō ambulat in tenebris
Procul dubio uolens quod in tenebris ambulet, qui illum
non habet praeuentē quem sequatur. Esto. S. Gregorius

præ cæteris in dialogo scribat, Paschaustum & altos mortu
os apparuisse, suffragia postulasse & respōsa dedisse. Quis De iis qui Gre
gorio apparue
nos certos facit, Gregorius cum suis non fuisse hic falsum: re.

Quo minus enim tutum sit ei credere, obstat prædicta ora
cula, tū illud in primis, quod Christus seducendos electos
prædixit. Et Paulus operationes erroris uehementer intē-
tat. Tutiū itaq; fuerit totum purgatorium negare, quām
Gregorio hoc loco credere, quod hic sit periculū erroris, il
lic nullū periculū, ut qui tum fallī potuit teste Christo, tū
sine scriptura loquitur & facit. Nam deus ipse sua signa
nunquam sine uerbo operatur. Primū enim loquitur, dein Signa dei non
de addit signa. Et ut Marcus ait, sermonē confirmat sequē carent uerbo.
tibus signis, nō utiq; precedentibus, aut solis ueniētibus.
Sed & amos. ij. dicit, Non faciet deus rem, nisi reuelauerit
secretum suum ad seruos suos prophetas. Item Aposto-
lus Heb. ij. dicit, deum fuisse cōtestatum signis, prodigijs,
uirtutibus & distributionibus spiritus sancti, sed præcedē-
ti uerbo salutis. Signa enim diuina sunt testimonia & ro-
bora uerbi diuini, ceu sigilla & signaturæ Epistolarū. Scis
licet ut his scripture armis munitus non dubites, ea signa
quæ sine uerbo sola ueniant, aut ante uerbum ueniant,
elle certissimas operationes Satanæ permittente deo tenta-
ri istud tuam.

Iam cum certus & securissimus sis, nihil credi oportere,
quod

DE ABROGANDA MISSA

quod deus non exigit credi, cur non istos spiritus contē
nis cum fiducia, siue per sanctos, siue per peccatores, cele
bratos? cum sine peccato & periculo contemnere possis li
berrime, nec habeas timere ne deum offendas non creden
do, qui solum suis uerbis te uult credere. Contra quid pe
riculo te committis credendo eis sine causa & necessitate?
ut etiā hacratione uideas eos spiritus Satanæ esse, quod
liceat eis non credere. Non enim deus talia operatur, qui
bus liceat non credere, hoc enim ad leues & illusorios spi
ritus pertinet. Dei serua sunt opera fidē exigentia, per uer
bum & ministros tibi proposita. Necq; ipsum Christum
nasci, pati & resurgere uoluit, summum operum eius, ni
si precedentibus prophetijs uarijs & testimonijs. Quid
quod euidentis est Gregorium esse falsum, per animā oco
nomi sui: quem ob tres aureos inter chartas repertos post
mortem eius, magno sed inani terrore fratrum uelut dam
natum, cū aureis sepeliuit anathemate percussum, & pos
stea triginta dierum missis de purgatorio liberauit. Quis
hic non uidet sancto uiro à Satana esse impositum? pue
rili plane errore, sed qui fide & humilitate in ipso regnan
tibus damnabilis ei non fuit. Scilicet spiritus nequam fin
xit se ob tres aureos passum ignes purgatorii, & triginta
missis liberatum, ut prosperarentur signa & prodigia, qui
bus in errorem ducerentur electi, & efficax fieret operatio
erroris in uindictam incredulorum. Quis enim credat, ce
cononum hunc peccasse in deum, qui tres illos aureos for
te nullo malo animo, sed mera incuria inter chartas reli
quit, quasi non multo plures furari potuisset, si pecuniae
studio id fecisset, aut non alio loco recondidisset, si pecca
re placuisse? Deinde, si quām maxime malo animo fecis
set, non tamen nisi in traditiunculam istam humanā pec
casset. Grægorius uir sanctus, sed non uno tantum loco
superstitiosior, arripuit occasionem, pro terrendis consci
entijs, & stabilendis traditionibus hominum, quibus
quam

Oeconomus
Gregorii.

MARTINI LUTHERI.

quam libēs & promptus cooperetur Satanus, satis docet Paulus .ij. Tīmot. iij. quod sciat per has feliciter opera erigi, & fidem aboleri.

Sic & illud de S. Seuerino manifestissimū est Satanae cōmentum, quod passim uulgatur, qui post mortem respondit intolerabiles poenas sese pati, non quod in diuinā mandata peccasset, sed nec in humana, nisi quod horas canonicas, exigentibus occupationib⁹, nō suis statis temporibus, sed praeueniens mane uno tempore & te, *Seuerini exēma* noire absoluerit simul. Pudet tāridiculis & puerilibus in *plum.*

Ecclesia iudificationib⁹ Satanam iocari, & tamen tanta seria conscientiarum per hæc etiam in magnis & bonis uitris operari, adeo ut facient papistæ id unicum, Ecclesiam non errare, quasi Christus mentiatur, qui electos fallen dos esse prædixit, qui utiq; pars ecclesiæ sunt, aut quasi ecclēsia non sit ecclesia, si aliquando erret aut peccet, cū Christus eam quotidie ab errore & peccatis purget, sicut pauperes in uite, aut quasi error non possit stare cum fide & sanctitate. Cæci, cæci & stulti. Quid igitur ille nequam spiritus & fictus Seuerinus uoluit: nisi ut ministeria & opera charitatis à deo præcepta conculcarētur & opera traditionis humanæ magno conscientiarum terrore iactarentur. Siquidem Seuerinus non solum bene fecit horas præueniendo, propter imposita negocia, sed etiam in totum omittere potuit. Quod enim negotia curauit, dei præceptis obediuit, ubi Paulus docet seruos debere ex animo servire domini carnalibus. Præceptis autem dei cedere desinent etiam angeli, nedum frigida ista hominum traditio de legendis horis, imo ego magis credo peccare eos, quilegunt frigidas horas, quam qui omittunt. Hypocritæ enim *Hore canonice* sunt, fingunt se orare & loqui cum deo, cum nihil faciant *frigide omittantur.*

minus, uidenturq; tentare & illudere deum, atq; id Satas tur.

nam uoluisse haclarua Seuerini, uthocuno mēdacio in-

I pauores

DE ABROGANDA MISSA

pauores conscientiarū multiplicaret per orbē, quod & obtinuit. Non est enim peccatū hodie in sacerdotio papistico, quod æquari possit neglectui horarū, cū reuera uix sit maius peccatū hoc laborioso & tamē simulato cultu dei, qui per horas istas boando & murmurando peragitur, ut quale est sacerdotiū, tale & peccatū. O nos male & infelici ter Christianos, qui sine iudicio spiritus, legendas & exempla sanctorū, apparitiones spirituū, & doctrinas hominū arripimus, posthabito uerbo dei, & cōtempto consilio spiritus, dicentis in Paulo, Omnia probate, quod bonū est tene. Petrus dicit, Si quis loquitur quasi sermones dei, si quis ministrat quasi ex uirtute, quam administrat deus. Nihil vult dīcī in Ecclesia, nisi quod certū sit esse uerbum dei. Nihil fieri aut geri, nisi quod certū sit a deo fieri & geri. Hoc & Paulus vult dū dīcī Roma .xij. siue prophetiā Prophetia secū secundum rationē fidei, scilicet ut exigantur omniū uerbū analogiā ad regulā fidei. Et xv. nihil eorū audet, quæ non efficit in ipso Christus. Nos autē post tergum rejectis his uerbis dei, nostras bonas intentiones audacter sequimur, secure statuimus, ordinamus, credimus, mandamus, remandamus, facimus & omittimus quicquid uisum fuerit, quæ omnia postea ab Ecclesia nō errante & spiritu sancto recta, iactamus esse facta, & sub nomine Ecclesiae mundū replemus operationibus erroris & uerbis mendacibus. Vt inā mihi esset tempus legendas istas & exempla aliquando castigare, aut alius quispiam maiores spiritu id tentaret, mōstris enim abominandis sunt refertissima omnia.

Non ergo ignoremus amplius cogitationes Satanæ, cū simus Christiani, & spiritus istos uagantes non credamus animas hominū, sed ipsos demones esse, qui hoc agunt suis responsis & simulatis redemptionsibus, ut ē saluberrimo & uiuifico testamēto dei ludibriū faciant, fidem perdāt, & fecdam illam abominandāq; nundinationē missarū, quæ orbē nunc occupat, stabiliat. Tenta solū animosa hac fide spiritus

MARTINI LUTHERI.

spiritus istos, & senties statim eos desistere ab ineptijs suis. Quod si te nō satis roborant prædicta oracula, non lice re sequi quod sine autoritate scripturæ sit, saltē roboret & armet te, quod scriptura hoc genus illusionis damnat & prohibet. Moses enim Deutero, xvij. dicit, Cum intraue

*Consulere mor
tuos, Deut.
xyii.*

ris terrā, quam dominus deus tuus dabit tibi, non disces facere abominationes gentiū iistarū, non inueniatur in te qui lustret filiū aut filiam per ignē, ariolus, somniator, augur, magus, maleficus, Pythonicus, diuinus, & qui cōsu lat mortuos, quia abominatione est domini faciens hæc, & propter abominationes istas delebit eos dominus deus tu us ante faciem tuā. Hoc diuinū præceptū, sicut Iudæi, ita & nos proiecimus retrorsum, cū audiamus esse abominationē dei, à mortuis respōsa quærere, quasi nō sit in nobis deus, qui nos omnia docere possit aut uelit, quæ scire nos oporteat, nec uerbis eius cōtentī sumus. Quid igit̄ mī tū si in errorem tradat & deserat deserentes præceptum su um? Vides igit̄ spiritus bonos non esse, qui ueniunt & de statu mortuorū nos docent. Spiritus enim bonus obediit mandato dei, & deus ignorari uult non sciri quid post mortem agatur cū hominibus. Hinc spiritus sanctus tam rigide obseruat hoc mandatū dei, ut nullum prorsus exemplum de mortuis in tota scriptura prodat, ut & mandato & exemplo negatiuo prohibeat, ne spiritibus istis credamus. Nam quod de Samuele. i. Regum. xxvij. legitur,

suscitato p Pythonicā mulierē, manifestū ludibriū est, nō De Samuele ex solū ex eo, quod mulier Satanæ spiritū plena hoc fecisse uscitato scribit, quasi dignū sit credere animas iustorum in manu dei & sinu Abrahæ, esse sub potestate Satanæ & impiorū hominū, sed etiā, q plane cōtra hoc mandatū dei tam mulier quā Saul agebat, quærētes à mortuo ueritatē, cui impossibile est, ut contraueniat spiritus, aut sanctos suos sinat uel cōtrauenire, uel cōtrauenientibus cōsentire & cooperari.

Quod autē scriptura eo loco tacet, an uere uel non uere

Iij Samuel

D E A B R O G A N D A M I S S A

Samuel fuerit, imò Samuelē aperte appellat, ideo facit, quod ad opinionem Saulis uerba temperat, qui Samuelē esse credebat, & spiritus omnia Samuelis uerba ingeniose imitatur & auget. Cæterum præmonitum uoluit spiritus atq; præmunitum, præcedente mandato suo, lectorē quo remittit eum occulte, ut sciret, quicquid secus fieret, non à bono spiritu nec à filijs boni spiritus fieri. Hoc modo & ij. Reg. i. inducit armigerū Saul, narrantem esse Saul à se occisum, ita uerisimiliter, ut David ei credēs, iussit eum occidi, quod Christum domini occidisset, ut asserebat. Neq; hic scriptura aperit, an uerum dixerit, uel mentitus sit, sed mendacium eius lectori cognoscendum relinquit ex superiori loco. i. Reg. ultimo, ubi iuxta historiam, Saulis mortem uere descriperat, quo nisi recurras, credas hunc armigerum uera loqui, ita remittit & in Samuelis mortui suscitations mendaci, ad mandatum uerax, superiori libro possum.

Reperit hoc mandatum Isaías viij, dicens, Et si dixerint Locus Esai. e. c. ad uos, quærите à Pythonibus & diuinis, qui strident incationibus suis. Nonne populus à deo suo queret pro uis uis ad mortuos, ad legē & testimoniu. Quod si non dixerint iuxta uerbum hoc, nō erit ei matutina lux. Hic uides VIII. de non cōf sulendis mortuis.

populum dei prorsus nihil debere querere & discere nisi à deo suo, in lege & testimonio eius, adeo ut si aliter fecerit, neganda sit lux auroræ. Et insigniter damnat uiuos, qui mortuos consulunt. Et dicit, Ad mortuos ? quod refertur ad uerbum, quær et, hebraica syntaxi quæ dicit, quæro ad deum, quæro ad mortuos, id est cōsulū deū, consulo mortuos. Ita pro uiuis illis qui querunt mortuos, hoc est, præstantiores quærunt à uiis foribus, sicut si homo quærat à ligno. Populus dei querat à se prestatiore, nempe à deo suo non ut quisq; singulare expectet de celo responsum, sed in lege & testimonio quarat à deo seu consulat deum. Et Christus haec omnia confirmat Luce, xvi, inducens Abraham

MARTINI LUTHERI.


ham cūm epulone diuite loquentem , nec consentientem
ut Lazarum mortuū ad uiuos docendos mittat, sed remit
tit eos ad scripturas, dicens, Habent Mosen & prophetas,
audiant illos, consonans Isaiae, ad legem & testimonium.
Quo satis monstrauit, non esse ex deo mortuos illos , qui
ad uiuentes ueniuunt , & nobis sufficere debere scripturas.
Proinde cū fiducia hos tres testes opponamus spiritibus
istis fallacibus , p̄mūlū, Mosen dicentem, non quāeras
à mortuis. Secundum Isaiam, quāre à lege & testimonio
potius quām a mortuis . Tertius, Abraam cum Christo,
Habent Mosen & prophetas , audiant illos . Nec moueas
mur infinita multitudine missarum, uigilarum, annuer
sariorū, p̄ebendarum, sacerdotiorum, altariū, templorū
super has apparitiōes & responsa spirituū fundata . Vides
enīm hic, quod supra mendacia Satanæ & super signa &
prodigia pseudochristorum, quæ Christus prædixit mul
tos esse seductura , omnia nītuntur ut impleant mundum
horrendis impietatibus in coelum clamantibus, & diē ius
dicij magno furore prouocantibus, sicut decet papisticum
& antichristi sacerdotium.

Cum ergo ex his omnibus probetur, missas non nisi Sa
tanæ operatiōe & cōmuni errore mūdi in sacrificia uerſas
esse, aduersus Euāgeliū & fidē & charitatē, quæ hac machi
na abolenſ tota fiducia abrogāde sunt uniuersæ nobis, qui
Christianieſ ūolumus, nec spectādū, quod pauci, pio er
rore illis utant̄ sine perditioe, curādūq; ut rursus ad formā *Forma euangelii*
& institutionē Christi quām proxime accedamus, scilicet *līce Missæ*,
ut singulis dominicis diebus & ijs solis, & unica tantū Eu
charistia consecret̄, sicut modo fit in die pascae, & illuc con
ueniat esuriētes & sitientes, id est, pia & afflīcta cōsciētā
quæ à peccatis optēt sanari, exclusis ijs, qui palā secūdū car
nē ambulāt, tū in medio memoria Christi, publico uerbo
fidei p̄ agat, in cōmuni oreſ & gratias agat, sicut ex Episto
lis & actibus Apostolorū, & euangelij facile est ordinare.

TERTIA PARS

DE SACERDOTIO, LEGIBVS

& sacrificiis Papæ.



VANQVAM in superioribus satis monstrauimus, ut abominabile, & dñabile papistarū sacerdotium per Satanā introductū, uastaue rit catholicum hoc nostrū Christianū sacerdotiū, sicut pmiserat Papa summus sacerdos huius sacerdotij in proœmio Decretaliā suo & promittens se translaturū sacerdotiū Christi in seipsum

āplius tamē id cognoscemus si uiderimus ut & legē christi transfluerit & nouas leges, se & suo sacerdotio dignissimas cōdiderit. Alio igit̄ principio sumpto, uideamus legū trāslationes & positiones, forte & hic elucescent principia illa sacratissima fidei, Sodomar̄ & Gomorrah, Parrhisiensis & Louaniēn scholariū. Omne sacerdotiū legib⁹ format, & unūquodq; suis proprijs, ab alterius sacerdotij legib⁹ diuersis, ut bene dixerit Apostolus, translato sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat, cū & sacerdotiū sine lege & lex sine sacerdote esse nō possit. Loquimur aut de lege, quae instituit in ihs, quae ad deū pertinent, & conscientias regit. Ciuites em̄ leges, substantia mūdi regūt. Ita quodq; sacerdotiū habet & sacrificia & opera & sacerdotes in lege sua definitos, ubi fiunt peccata & errores & iusticæ & bona secundū eam legē. Iam inter sacerdotes habet unus, qui sit summus & princeps sacerdotiū. Hæc omnia etiā in gentilibus sacerdotijs Vesta, Iouis, Apollinis, Bacchi, Cereris &c. facilimū est uidere. Simile est in papisticis dioecesisibus ubi

M A R T I N I L V T H E R I.

ubi quilibet sedes habet suum Episcopum, suas leges, suos
ritus, sua peccata, suas poenas, suas ceremonias, diuersas ab
alijs Episcopatibus. Et ipse Episcopus est princeps & sum
mus inter eos. Huc trahunt papistæ illud psal. xlviij. Astitit
regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circundata uarie
tate. Hanc uarietatem spiritus, quam Petrus uocat multiz
formem gratiam dei, aptant laruali isti & mundanæ uarie
tati ab hominibus inuentæ, si cut est mos & ingenii tracta
re scripturas sanctissimis Papæ & suis papistis. Rectius
autem illud Hiere, ij. aptaueris, Secundum numerum ciuitatum
tuarum, erant & dij tui Iuda. Sic in toto papistico sacerdotio
Papa est & dicitur uerissime summus pontifex, maximus
pontifex, & uere sanctissimus, sanctitate sui sacerdotij, toz
tusq; & solus Apostolicus, apostulatu sui sacerdotij. Non
enim est summus sacerdos dei sed Satanæ.

Inter omnia igitur sacerdotia, duo sunt uera & diuiniz
tus instituta, unū Leuiticū, in quo sumus sacerdos fuit Aa
ron. Lex, liber Mosi. Sacrificia, pecora, res corporales, pec
cata & iusticiae carnales, in sanctitate uestiu, cutis, piloru,
escæ, potus, uasoru, locoru, dieru, personaru. Sed haec oia
mortua nihil prestabat uitæ suis cultoribus. Alteru sacerdo
tiu, Christianu & spirituale, in quo sumus sacerdos est sos
lus christus, eternus, uiuus, sanctus, unde et totu sacerdotiu
eius & quicq; in eo est, sanctu, uiuuru, eternuq; est. Lex eius
fides, id est, uiuax illa & spiritualis flamma, scripta perspi
ritum sanctum in cordibus, quæ hoc uult, facit, imo est,
quod Mosi lex uerbo mādat & exigit. De qua dicit Hiere.
xxxij. Dabo legem meā in uisceribus eorū, & in corda eorū
superscribam &c. Et Paulus. ij. Corint. ij. Epistola Christi
estis ministrata à nobis & scripta, non atramento, sed spiri
tu dei uiu, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis car
nalibus. Inde legem fidei uocat, Rom. iiij. & legē spiritus
uitæ, Rom. viij. Et prædicatores fidei, ministros spiritus, ij.
Corinthi. iiij. Quia ad uerbum Christi uiuificum, quod
predi

Discrimen sa
cerdotiorū Les
uitici, & Chris
tiani.

DE ABROGANDA MISSA

prædicant, sequitur spiritus, qui scribit igne uitali in cordibus legem dei, ut Act. x. in Cornelio patet, & Gal. iiiij. Ex operibus an ex auditu fidei spiritum accepistis? Inde Euangelium uocatur uerbum uitæ Iohan, vi. Ita & sacrificium eius uiuum est, corpus suum in cruce semel oblatum, & nostra corpora quotidie oblata in hostiam sanctam, uiuentem, rationabile obsequium. Opera uero seu iusticie, sunt fructus illi spiritus Gal. v. Fides, spontanea castitas & mititas, seruitus libera erga proximum. Peccata uero, incredulitas, libido, ira, hypocrisis, idololatria, false religiones &c. quæ non sunt in speciem, sed reuera ex animo bona uel mala, scilicet uiui fructus & uiua peccata. Lex itaq; Christi propriæ non est docere, sed uiuere, non uerbum, sed res, non signum, sed plenitudo. Verbum autem Euangeliū est huius uitæ, rei, plenitudinis ministerium & uehiculum ad cor nostrum.

Sacerdotium
Papæ.

In hoc gloriosum, beatum, & iucundum sacerdotium irruit porcus ille Satanæ Papa, & heu miseram Ecclesiam huius temporis, trās lato, abolito & extincto eo, aliud proprium erigit, ex omnibus sacerdotijs gentilibus conflatum, cui sentinam quandam confusissimam, ac primum discernit sacerdotalem populū Christi in clericos & laicos, clericos facit suos sacerdotes, quorum se principem & summum constituit, & hos initiari sancit, rasura capitis, uncione digitorum & ueste longa, fingens indelibilem characterem sese cordibus imprimere, qui potius est character ille bestiæ in Apocalypsī. Ita sacerdotem papisticum esse, nō est Christianum esse. Sordet enim hoc nomen utilissimum sanctissimo illi, sed clericum unctum, rasum, characteratum & bene uestitum esse. Et haec institutio uocatur, ordinatio seu consecratio, unum de septem sacramentis, longe baptismo uenerabilius. Lex eius est, Ius illud canonum sacerrimum, in quo de cibis, potibus, uestibus, personis, locis, calicibus, pallis, corporalibus, altaribus, librīs, thure,

MARTINI LUTHERI.

thure, cera, uexillis, aqua benedicta, cantibus, lectionibus
uocibus, festis, ieunij, præbēdis, cēsibus, litibus. Et quis
sylū illam numeret sanctitatis Romanae? religiose & se-
uere statuit sub poena mortalī peccati & æternæ damna-
tionis. Maxime uero coelibatus ad legem eius pertinet, ut
credas ipsum tartarum non esse tantæ confusionis, ut
est lex sacerdotij huius. Peccata uero sunt, aliquid horum
transgredi, quod grauius est, quām si omnia mandata dei
blasphemaueris. Iustitiae sunt & bona opera, studiose ista
coluisse. Hic enim obedientia Ecclesiae est uirtutum regis-
na, sine qua cæteræ uirtutes nihil sunt. Sacrificium uero est
Eucharistia, & pecunia laicorum. En tibi sacerdotium exi-
mum, ut taceam execrissimam impietatem & summa
idololatriam, quæ pium cor dolore queant cōfiscere. Nun
quid apudullas gentes tam stolidum, puerile & phreneticum
fuit sacerdotium? Ettamen transtulit hæc abominatio
gloriosum sacerdotium Christi, & sub nomine eius se
in locum sanctum eius erexit. O nimis uere, domine Iesu,
pseudochristos dixisti eos. Nimis uere falsi christiani sunt.

Hoc igitur maledicto maledicendoque sacerdotio trans-
fert & euacuat Christianum nostrum sacerdotium. Nam
nemo ferme est, qui iam aliud sacerdotiū norit quām hoc
papisticum. Ut enim audierit uocabulum sacerdos, mox
nihil nisi rasuram, uncturam & longam uestem cogitat.
Ita & legem uiuā Christi euacuat. Cum enim spiritus non
detur, nisi ad uerbū euāgeliū, ille autem suū ius Canoniciū
solum doceat, impossibile est, ut spiritus per ipsum detur.
Sed nec iam queritur aut noscitur etiam spiritus, sed satis
esse putant ad salutem, obedientiam Ecclesiae, & si non in-
currant indignationem bullarum. Impossibile est igitur
Euangeliū simul cum iure Canonico regnare. Illud enim
aduehit spiritum, hoc impedit & fugat spiritum. Illud libe-
rat conscientias, hoc illaqueat conscientias, illud fidem do-
cet, hoc opera docet, & opera stulta, puerilia, iudicra, quib[us]

D E A B R O G A N D I A M I S S A

bus tamen fidem extinguit. Quot putas esse Christianos qui audita lege Christi, intelligent fidem & spiritum habitantem in cordibus nostris? Quot autem sunt, qui obediētiām aliquid cogitent, quām subesse Papæ, quod est aduersari deo? lacer facet proh dolor, imò in cruce mortuum pendet sacerdotium Christi cum lege sua blasphemati & damnatum per istos bis perfidos Iudeos. Ita sacrificium iam nemo audiēs cogitat, Christi & nostri corporis crucifixio nem aut laudem dei esse, sed solam missam & laicorum argentum. Et de sacrificio quidem missæ sati dictum est superius. Pecuniam autem laicorum penè asini & porci sensiunt, non esse sacrificium dei. Sic peccata quæ penè omnia euacuat, quia ira, libido, rapina ferè nulla sunt. Tum maiora illa incredulitatem, desperationem, contemptum dei, hypocrisim, odium iustitiae, amorem sui, pro iustitijs coronat, & per obedientiā Ecclesie sanctificat. Væ mihi. Superior rerum execratiſſimarum & abominatiſſimarum magnitudine & infinita copia. Bona opera uero iam nemo etiam cogitat esse, proximo seruire, inimico bene facere, sed dare ad altaria emere missas, lac & carnes nō edere, & ut dixi, leges eius seruare. Sicutide sacerdotium Christi minus posse cum sacerdotio, quām uita cum morte, cœlikum cum inferno consistere. Vere uere uicarius Christi est Papa, qui expulso Christo, uite & loco eius regnat & pro sacerdotio spiritus, non saltem leviticum sed puerilissimum & larvaticum erexit.

A N T I T H E S I S D E C A L O G I
Christi & Papæ.

schole publi-
ca.

Parum uero est abominationi huic, Christum, Euangeliū, fidem, uniuersumq; sacerdotiū eius aboleuisse, manū ultra portēdit & iniuradit etiam uetus sacerdotium, euauans & legem Mosi, erectis in locū eius nouis principijs fidei.

MARTINI LUTHERI.

fidei. Consentunt ei in hoc & fidelissime cooperantur me retrices illæ procacissimæ & impudentissimæ facultates Theologæ Parrhisiæ, Louaniæ, Colonieñ. cum suis sororibus errorū, matribus & fontibus. Videamus nouum illum decalogum papistarum, & incipiamus à nouissimis & crassioribus preceptis. Moses dicit, Nō concupisces, ut repetit Paulus Rom. vii. Concupiscentia ergo peccatum est. sic habet Moſt principium & lex diuina. Contra, princiſ pī ſidei Parrhisiæ, & Louaniæ. Sodomarum cum ſuo Papa, eſt hoc. Concupiſcētia non eſt peccatum, ſed pcena & infirmitas, & cum caro concupiſcit aduersus ſpiritu, nō eſt peccatum. Licet ergo ſecundum decalogum Papæ ſanctissimi ſancṭiſſimum, concupiſcere ſine peccato, & Moſes mentitus eſt dicens, Non concupiſces, & omnes qui cū Moſe ſenſerunt, & ille qui Moſen iuſſit loqui. Euacuato autem Moſe, ſimil Christus euacuatus eſt, quippe cum gratia eius non ſit opus habentibus illam ſanctam concupiſcentiam, decalogo Papæ deſenſam & libertate donatā. Sic Barrabam oportet dimitti & Chriſtum cruciſigti.

Secundo Moſes dicit, Non dices falſum testimonium aduersus proximum tuum, in quo omne mendacium contra proximum prohibetur. Decalogus Pápæ quid ſtauit omnia iuramenta, uota, promiſſa, pacta, ſedera dirūpit de plenitudine potestatis, ſi quæ facta ſunt, præter uel contra autoritatem Romani pontificis, præſertim ſi uerſgant in Ecclesiastice libertatis & personæ, rerumq; ſpiriſtualium (id eſt, pecuniae Sardanapalorum) immiſſionē. Deinde etiam ſolum pontificis ſcrinium pectoris, propriū ſcrinium pectoris uel rīſ. motus ſufficit ad rūmpenda quæcunq; promiſſa uel pacta. Quia plenitudo potestatis reſidet in eo. Euacuatum eſt itaq; mandatum dei, & ſecure licet mentiri, fallere, muſtare proximo modo accedat principium fidei Papisticae, & decalogus ſanctissimi Parrhisiæ, uero dilatabunt hanc partem decalogi Papisticai, dum docent, non præceptum,

K ij sed

DE A B R O G A N D A M I S S A

sed consilium esse , diligere inimicum , & benefacere maſefacientibus. Si igitur inimico quicquam promiseris, tuſto poteris negare, falsoſum testimonium dicere, et non serua re ſine peccato , cum ſeruare fidem ſit opus dilectionis. Quod ſi Moses exēge, it præceptum ſuo decalogo , remiſte eum ad dominum Decanum Parrhisiēn, qui decreuit eſſe conſilium. Et ubi noluerit acquiescere, ſcribet contra eum iratam Epiftolam, & damnabit eum Apoftolorum exemplo, ſine ratione adiecta. Quia damnatio almae facul tatis æquipolleſt uni articulo fidei, & eſt principium fidei.

Parrhisiēſum
furor.

Præde Papisti= c.e.

Tertio, Moses dicit, Non furtum facies, in quo omnis conrectatio illícita alienæ rei prohibetur. Decalogus au tem Papæ dicit ſic, Imò furtum potes libere facere. Exem pli gratia, ſi habeas res iniuste acquisitas, da mihi partem, de reliquo tecum diſpenſo, ut poſſis retinere. Ecce (inquit) bullam & ſigilla, uel illam Epifcopi Cardinalis Mogunti ni, nuper Halli promulgatam. Vides hic deum ipsum cui ſunt omnia, nolle diſpenſare in re proximi, ſed man dat reddi & non teneri, adhuc Papa audet impudenti fronte in os creatoris ſui dicere, imò retineat, modo mihi & Cardinali meo partem pendat. Hoc principium fidei iterum Parrhifiſenes iuuant conſilio illo dilectionis. Cum enim non ſit neceſſe diligere inimicum, poſſum eius bona furari & retinere optima coſcientia, cum ſit opus dilectionis, non nocere aut reddere ablatum inimico. Si enim diligere non eſt præceptum, nec ullum opus dilectionis præceptum eſt. Vide magiſtrorum noſtralium ſentimenta & principia fidei Chriſtianiffima.

Quarto, Moses dicit, Nō mœchaberis, in quo totali bi do prohibetur. Ut sanctissimus hoc mandatum eneruet, longum fuerit recenſere, niſquam enim ſic infanit Satanas per Papam atq; in caſtitate & libidine tractanda. Primum, eti non prohibet uerbo caſtitatem, nec ſcourtari doceat, cogit tamen ſcourtari Decreto ſuo intolerabili & perdiſſimo

tissimo de coelibatu totius sui sacerdotij , tam late paten^{tis}, cum tam rara & angusta sit castitatis gratia. Quid ergo Cœlibatus p^{er}
facit aliud, dum fert legeim castitatis super eos, qui contine p^{er}sticu^s.
re nec possunt nec debent, quām ipso opere dicit, Ite scorte
mini: quod & faciunt & ipse permittit impune . O quis
queat hanc unam rabiem Satana in perdendis animabus
hac lege plusquam sacrilega satis cogitare: Non ergo doz
cet libidinem sed duobus peioribus modis ea auget , co^z
gendo ad impossibile per prohibitionem , & permittendo
peccare per indulgentiam. Ego credo , si scortari præcipi-
ret, non tantas libidines multiplicaret. Præter hæc in quib^s
busdam casibus à seipso tyrannice confictis , dirimit cons-
iuges, alios copulat, sed sic ut alter coniugum debiti peten-
di iure careat, tum aliquos nec reddere posse decernit, sed
pati debere ut alter accipiat. Hoc nihil aliud est, quām con-
sciētiam adulterio illaqueare, ubi adulterium non est. Sic
dum eos copulat, alterum urget ad adulterium , & pro so-
latio docet, ne petat nec reddat ex animo. O furiosum furo-
rem, sexus copulare nudos, & mandare ne petant aut red-
dant sed patiantur debitum. Scilicet his impossibilib. legi-
bus Satani delectatur in perditione animarum . Quid ergo
ista lex aliud docet, quām, Ite, & adulteremini sed inuo-
luntarij: Satanæ in hoc præcepto desuit operculum & spe-
cies , cum sola libido sit crassior & manifestior, quām ut
possit ulla specie præcipi, ideo uertit se in aliam partem, &
prohibendo negando eam , multo uulgatiorem & libe-
riorem fecit. Certissimus enim fuit, impossibilem esse tam
uulgatam castitatem, ideo quod præ publica turpitudine
præcipere non audebat, per impossibilem legem præsum-
psit & effecit. Quid uero Parrhisienses hic facient cum cō-
silio suo , inimici illi inimicorum forte cum abstinere ab
uxore, filia, famula inimici, sit solius dilectionis opus, que
sola implet legem, teste Paulo, licebit iuxta principium fis-
K iii dei

D E A B R O G A N D A M I S S A

dei Parthiensis adulterari, scortari, libidinari, sed non nisi cum uxore inimici.

Quinto Moses dicit, Non occides. Hoc uero mandatum, cum in eo charitas eximie prae ceteris eminat, Papa cum suis Gomorris, praecipuo ludibrio habet, ut de vacuando taceam. Primum, cum omnis ira hic prohibetur, Papa docet bellare, & sanguinem fundere, etiam suos Episcopos & sacerdotes. Deinde gladium & brachium seculare in manu sua esse iactat, & quos bellare iusserit, eccleros sub

Bella papistica. limiore donat. Breuiter homicidari Episcopus est Papa audacter doces & iubes occidere, quoties uoluerit. Hic non dimittit tam Barrabam, sed iubet esse Barrabam, coronatque gloriam ut obedientiis filios qui hoc mandatum dei, se autore, & audacissime puericati fuerint. Ia uero inimicos diligere, in iuriu ferre, alteram maxillam prebere, pallio tunica addere, fonti huic iustitiis summa iniustitas est, nullo modo committenda. Vim uipellere iura permittunt, inquit sua Decretalis, sacerdotio isto dignissima. Sic iram, inuidiam, & omnia malam hoc precepto prohibita, alit in hominibus, & crucem Christi extra mundi fines eliminat. Atque hic omitto recensere pontificum bella, Neapolitana, Veneta, Gallica, Germanica. Denique ubi non bellarunt furiosae istae bestiae? Parthienses uero principatores fidei, hic paulo sunt subtiliores, quamquam & ipsi praecipue in hoc preceptum, id est, in charitatem insariant. Non docent iniuriam, sed consilium esse, inimicos diligere, odientibus benefacere, orare pro persequentibus, benedicere maledicentibus, praebere maxillam alteram, dare gratis, mutuare sine spe. Quae omnia Christus Matth. v. inter precepta numerat aperit enim ibi os suum, & docet, non consulit. Et in fine dicit. Qui ausdit & non facit haec, similis est uiro aedificanti super harenam. Et in medio. Qui ista non faciunt, nihil esse meliores publicanis & peccatoribus. O audacem, o temerariam, o plane furiosam & blasphemam scholam Parthiensem,

ut im-

ut impudenti & impuro ore in Christum dominum omnium blasphemat. Igitur iuxta principium fidei Parrhisiensem, nihil minus licet facere, quam Papa facit contra hoc praeceptum, quia cum charitatis sit, non occidere, non male dicere possumus securè inimicum perdere, in corpore, rebus & fama. Nihil differunt Papa & Parrhisienses, nisi quod ille iubet, hi licere dicunt. Principia ergo fidei Parrhisiensis in summa sunt licere facere contra sex ultima precepta dei absq[ue] peccato, si species intentum Satanæ per os eorum loquentis.

Sexto, Moses dicit, Honora patrem tuum & matrem tuam. Hoc praeceptum, quamvis passim uulgaris licentiosissime transgreditur, sicut & omnia alia, ut est hodie in Ecclesia iuuentus nimis libera & misere neglecta, neq[ue] enim eius instituendæ & curandæ ulla ratio habetur, praesertim in Academijs, & uulgaribus artificijs. Ruit ipsa præceps in omnia flagitia, libidinis, commessationis, ebrietatis, luxurie, ut nulla sit spes etiam futurae alicuius tanquam moderationis. Papa autem, Episcopi & Theologi pro hac re, omnium maxime necessaria, uentre suum curant, cum hic proprie & unice uigilare deberent. Sed urget Pauli prophetia dicentis. Erunt in nouissimis diebus parentibus inobedientes. Tamen singulari modo soluit Papa cum suis Gomorrhis hanc legem dei. Nam si nondum Scandala Ecclesie intelligis lector, non hoc detestor in Papa & Academijs, quod more uulgi diuina mandata opere transgreditur, & ipsa iuendi conuersatione priuatim peccant. Non sibi per hac re mihi cum eis quaestio & lis est. Ferendum enim sicut & uulgi, erat hoc eorum malum, cù sit peccatum in solos mores, & nulla specie commendatum, ipsa sua manifesta turpitudine coram omnibus reprehensum, ideoq[ue] spei & pœnitentiae & resipiscētiae est adhuc locus in ista miseria. Sed hoc detestor, hoc pugno, quod cū sint uice pastorū, lupos agunt, & uerbo rationeq[ue] ipsa docendi, mandata dei soli iunt,

DE ABROGANDA MISSA

trunt, non solum minima, quos Christus minimos, id est, nullos facit in regno cœlorum, sed ipsa maxima & prorsus uniuersa, & sic docent ac perdunt homines. Hic non in mores sed in fidem peccatur. Hoc malum specie ueritatis & principiorum fidei cōmendatur. Quod si receptum fuerit, nec spei nec pœnitētiae ullus locus reliquus est. Imo spem faciunt, si errorem istum animæ sequantur, pœnitentiam exigunt, si non sequantur. Hoc malum abominatae peruersitatis uulgaris non operatur, sed patitur à suis Episcopis, magistris, pastoribus, cuiusnulla prorsus est comparatio ad peccata operum. Ideo hic non tacendum, nulla patientia habenda, nulla modestia seruanda est. Sic dū concupiscentiam negat peccatum in nono & decimo præcepto, simulant se utrumq; præceptum docere in speciem, reuera autem docent cōcupiscere & soluunt dei mandata. In octavo dum mentiri & fallere docent, simulant tamen, hoc non esse fallere neq; mentiri, sed obedire Papæ & Ecclesiæ, per hoc et deo, uoluntq; hoc credi pro ueritate & principio fidei, siue seruetur opere, siue non seruetur. In septimo, in speciem docent non furandum, & iactant dei mandatum, sed reuera docent furandum, dum res iniuste possessas iustificant. In sexto nihil ita iactant ut castitatem & coelibatum in specie, sed impossibili & nō necessaria lege, tum casibus suis effectis plus libidinis occasionaliter docent, quam illa tentatio aut pruritus carnis unquam potuisse inuehere. In quinto docent non occidendum magno boatu, ut credas eos impensissime uelle dei præceptum docere. Verum dum docent, licere irasci, bellare, vindicare, pacem rumpere, tum inimico non benefacere, non benedicere maledicentibus, non orare pro persequentibus, non dare gratis, non mutuum dare absq; spe, omnibus modis hoc præceptum docent transgredi. Et in uniuersum, dum docent consilium esse, diligere inimicum, totam legē dei non solum ipsi transgredituntur, sed aperte & negant & contrarium

trarium docent, cum Paulus dicat. Plenitudo legis est dilectio. Ideo de eis dixit Paulus, quod in hypocrisi loquuntur essent mendaciū. Et iterū, Speciem pietatis habituros cuius uirtutem abnegarent. Et Christus, uētuos pseudoprophetas & pseudochristos, sed in nomine eius, & lupos rapaces, sed sub uestimentis ouīū. Dicunt em̄ se docere dei mandata, idq̄ uolunt credi pro principijs fidei, sed docet mandatorū omnīmodam transgressionem. Quare super doctrina mihi cum eis bellum est, & esse debet omni Chriſtiano, non super uita solum. Vnde quod apud eorū Ariſtotelem dicit Demodocus. Milesij insipientes quidē nō sunt, faciunt tamen ea quae faciunt insipientes. Ita possimus & nos dicere, Parrhisiēs & Papistæ, Ebionitæ, Mōtani, Pelagiani, Turcæ & Antichristi non sunt, faciunt tamen ea quae faciunt Ebionitæ, Mōtani, Pelagiani, Turcæ & Antichristus. Necq; em̄ ulli unquā hæretici fuerunt, qui possint Parrhisiensibus & Papistis comparari. Nulli em̄ totū Euāgelium, totam fidem, totum Christū, totā legem Mosi negauerunt, damnauerunt, cōtraria docuerunt, nisi isti Parrhisiēs seu Papistæ, sed sub specie & nomine Christi. Ideo omniū hæreticorū abominationes prēdictæ sunt confluxurę ceu in sentinam quandā nouissimā sub Antichristo. Ethuius sentinæ lacunas esse probat iam seipſas almæ istæ facultates Theologiæ, Parrhisiēsis Academiæ,

*De doctrina cor
tendi.*

*Sentina omniū
heresium secta*

Videamus itaq; ut & in hoc quarto precepto libidinet Papistica. Papa cum suis. Species eius est, dum dicit, Parentibus esse obediendum, sed res eius est, Parentibus non esse obediens, dum, dum obedientiam Papæ & Romanæ Ecclesiæ aduersari & extollī facit, non solum super parentum, sed & super regum & principum, imò super dei obedientiam. Quām secure quam impudenter docet, quātas aureolas in cœlo promittit, si quis autoritate Ro. pontificis, etiam parentes occiderit, ut obedientiam & reuerentia taceā. Nōne impes-

L rato.

D E A B R O G A N D A M I S S A

Imp. Heinricus
iii.

ratoris Henrici quarti silium hoc principio fidei docuit &
armauit in patrem; donec & imperio & uita patrem filius
spoliaret, ignominiosissime obediens ille filius Romanorum
Ecclesiae & sanctissimo uicario dei. Quoties autem populi
los docuit a suis regibus desciscere, rebellare, et nihil mis-
nus facere quam obedire? Receptum itaque est hoc principi-
um fidei, Parrhisiensibus principijs quam simillimum,
ut is sumo merito pius sit, qui parentibus suis inobediens,
et aduersatus fuerit auctoritate Rom. pontificis. Quia (in-
quit) spiritualis pater & mater maior est quam carnalis, cum
maledictus ille & abominandus in hoc spiritualis esse pa-
ter deberet, ut doceret filios obedire parentibus & nosse ma-
data dei, nisi ubi parentes aduersus deum aliquid mandaret.
Nunc autem soli suae libidini & abominatione uoluntati ce-
dere docet obedientiam parentum. Haec portenta audiunt lus-
panaria illa scholarum, & sedent sicut scorta prostitutissimae
libidinis, & sui lenonis uerba cum deuota obediencia & reue-
rentia amplectuntur & sequuntur, sicut obedientes filii Ec-
clesiae, sinuntque illum fulmine illo suo picto & ludicro, quo
ties liber, rupere obedientiam parentum, regum, principium,
pacta, foedera, & omnia tam diuinam quam humana, cui oportuit
unumquemque nostrum milie ceruices obiectare, si haberet,
dum uidemus miserum vulgo illius utilissimis bullis territus,
nihil non facere & committere, quod ille execrandus per Satanam
cogitare potest.

Huc pertinet, quod laqueo animabus posito, prohibet
clandestina matrimonia, & tamen contracta confirmat, iniui-
tis parentibus, ita filios & filias parentibus rebellare, &
contra eorum uoluntatem matrimonium scruare docens,
qui si dimitteret ius parentum intactum, & obedire doceret
filios parentibus, nihil opus foret sua stulta & stolidae lege
de clandestinis matrimonijs. Quin autoritate parentum,
iamdudum nulla essent, nūquam etiam suffissent clandestina
matrimonia, scientibus filijs, non passuros parentes, eorum
occulta

M A R T I N I L V T H E R I .

occulta sp̄s salia. Et tamē hanc inobedientiā uestit nō solū
specie prae dicta Ro. pont. obedientia, sed quod matrimo-
nium sacramentum & liberum esse uult, quod ipse tamen
infinitis laqueis uexatum, tenet captiuissimum. Ita docet
mandatum dei tenendum specie uerborum, reuera autem
docet concilandum, impijs suis legibus. Sciant itaq; pa-
rentes sibi ius esse, matrimonia filiorū irrita faciēdi, & filij
sciant se se obedire debere in his & in oībus, quae cōtra deū
non sunt, parentibus suis, & matrimonia sua occulta nihil
esse, nisi ea demum impetrent humili prece à parentibus
rata haberi, & execrētur Papam istum aduersariūm dei cū
suis legibus. Dic mihi, cur non fuere clandestina matrimo-
nia in populo Israel? unde hic titulus iuris in Ecclesia, ni-
si ex Satana?

Idem de filijs religionem ingredientibus iudicandū est, Reuocare ē mo-
ut parentes ius habeant eos extrahendi, si inuitis eis fuerint *nasteriis filios.*
rint ingressi uel opus eis habuerint, nihil curata hypocri-
si, si interīm uouerint, rasi & uncti in sacerdotes fuerint.
Nihil est coram deo, quod per parentum inobedientiam
gestum est. Sicut nihil est, si coniunx inuito coniugere li-
giosus aut sacerdos fiat. Quām enim hic nihil est, si iactet
coniunx ad cultum dei se se transiuisse, tam nihil est, quod
Papa mentitur, dum filiorum inobedientium religiones
defendit aduersus mandatum dei, dicens, cultum dei esse
super parentum obedientiam. Non est cultus dei religio,
sed singitur. Cultus dei est, obedire mandatis eius, alioqui
omnes monachos fieri oportebit, cum cultus dei commu-
niter & idem sit omnibus praeceptus hominibus. Non em
est distinctio illa in uero cultu dei, sed in hypocritico illo
ex hominibus introducto, qui ut mandato dei, id est, uero
cultui cedere teneat, quis est tam Louaniensis aut Parrhī-
sieñ. Theologista ut non uidat?

Hæc de secunda tabula, uenimus nunc ad primā tabu-
lam, & tria prima mandata, ubi nescio, an tacendum uel

L ij loquen

DE ABROGANDA MISSA

loquendū sit, adeo non possum consequi uerbis monstra
primam tabulā & abominationes papistarum in his praeceptis. locum dī-
legis prorsus in ductam esse a Sophistis.

xeris ea, quæ in præcedentibus horrendis horroribus uidi-
mus, quibus tantum in legem dei insaniunt. In illis uero
non tantum legem damnant sed omnia quæ in gratiam,
fidem, Euangeliū, Christum dici & fieri (excepta spe-
cie) possunt, dicunt & faciunt. Quid enim amplius face-
rēt, dum non modo contraria docent, sed & damnant, exu-
runt, maledicunt, blasphemāt, persecuntur mandata dei
ut summā omnium hæresim, blasphemiam & abomina-
tionem, sed sub nomine Christi, pro gloria dei, zelo fidei
& amore pietatis, quam Paulus μόρφωσιν pietatis uocat,
atq; ut inde ordiamur. Principiū fidei illorum capitale
est huiusmodi, Hominem posse ex naturalibus uiribus, fa-
ciēdo quod est in se, implere omnia mandata dei. Ex quo
capite, quæ membra pendeant, uide primum, quod gratia
dei hominibus non est necessaria ex parte facientis, necq;
ex parte faciendorum, quod etiam rotundis uerbis impu-
denter habent eorū librī, sed ex parte exactoris dei, ut qui
mandata sua impleri non est contētus, nisi in gratia imple-
antur. Ex quo ulterius sequitur, coelū esse clausum & in-
fernū paratum homini summa iniūtate dei, nempe
non propter peccata hominis, neq; propter non impleta
Hostes gratie qualia doceant. mandata dei, sed propter tyrannicam & arbitrarī exactio-
nem dei. Prima ergo gloria dei, quam habet à Parthiensi-
bus & omnibus papistis, quod deus iniquus est, inique dā-
nat, inique negat regnū nulla hominis culpa, sed sola sua
proterra, non necessaria uoluntate, sic eos ex animo senti-
re, arguunt prædicta dogmata, quantulibet simulent amo-
rem dei. Non potest cor tuum non odiſſe eum ex animo,
quem credis superflua & non necessaria, tum impossibilia
à te nulla causa, nisi mera propria libidine exigere, sicut il-
li deo credunt & docent. Sic baptisamur, non quod ne-
cessē sit pro uincendis peccatis, cum naturalia sint integra-
que

quæ possunt peccata uincere & mādata dei implere, quia crudelis libido dei hominū uexādorū, nulla necessitate id exigit. Ita Christum cogimur crucifixū credere, nō quod nobis eo fuerit opus, sed libidini diuinæ tyrānicæ sic operet satis fieri. Breuiter, quicquid Christus est, & in Christo nobis donatum est, superfluū & nō necessarium est, si nos & naturalia nostra species, sed necessarium solum, si dei exactiōnem species. Potestis hæc negare uos Parrhisienses à uobis sentiri & doceri? Nonne libri uestrī extant ipsaq; adeo nouissima determinatio, in qua principiū hoc fidei assertiſtis? Et quomodo potestis negare hæc omnia ad ipsum sequi? Christum plane non necessarium facitis ex parte nostrī. Ideo aperte negatis ipsum esse lēsum, id est, saluatorem hominum, assertis autem potius satisfactorem exactiōnis iniqui dei. Nec liberauit nos à peccatis, quæ nulla sunt, si liberum arbitriū uelit faces re, quod est in se, sed ab exactione, ultra peccata & mādata, in homines sequente. Ecce corpus sacræ theologiæ Parrhisiensis. & Papistarū ex latere uno. Ex alio latere, aliud principiū fidei, Hominē posse, faciendo quod est in se, infallibiliter & necessario mereri gratiā, sed de cōgruo? Contra meritū Nonne sic docetis almæ facultates? Docetis ergo per hoc, de congruo.

posse nos satisfacere ex nobis etiā iniquæ dei tyrānidī, ut misero & superfluo Christo non reliquius sit saltē blasphemissimus ille honor, quo non saluator hominum seu Iesu, sed satisfactor diuini tyrāni & exactoris dicereſt. Iā em̄ nos ipsi gratiam possumus absq; mediatore impetrare, ac sic iam bis superfluis est Christus, iam nec necessarius etiā ex parte dei exactoris. Vereor autem ne lector pius nō credit haec horrendis horribiliora doceri in Academijs. Quapropter te oro Christiane frater, uera me credas loqui, testes inuoco, eorum libros extantes, & conscientias tum ipsorummet tum omnium qui legerunt eorum libros. Scio, dices, rabiem istam superare omnem captum, om̄

L iij nū

DE A B R O G A N D A M I S S A

niumq; fidem, sed ut audis, ita res habet. Sequitur ergo ut Christum dupla rabie negent, utrāq; immensa, dū natura-
lia nostra affirmat. Quid enim refert simulata cōfiteri eū, quē duplo hoc sacrilegio nō necessariū affiras. At uides ergo Petrum Apostolū in nullos alios, quām in istas lacu-
nas Papistice sentīe suis locutū, ubi dixit. h. Pet. h. Erūt
in uobis magistri mendaces q; opiniōes perditiois iuxta in-
troducēt, & dominū qui eōs mercatus est negātes, p; quos
uia ueritatis blasphemabitur. Quae sunt opinioneis perdi-
tionis nisi dogmata ista perdita perditorum hominū, prin-
cipia fidei Parrhisieñ. & Papeñ. Qui magistri mendaces,
nisi Magistri illinostrales, Quercus illæ, pastores Porcorę
imò spīnæ rhamni & uepres in uinea domini. Iam Chris-
tum negasse, deum negasse est. Si quidem diuinū consiliū
& beneplacitum (quo Christum esse uoluit) non necessariū
sed superfluum asserere, quid est, nisi deum ipsum
non necessarium & superfluum asserere, atq; idem est nullū
deum asserere. Tu nunc uide, ubi manent illa tria manda-
ta. Vnum deum cole, Nomen eius honora, Quietē ei san-
ctifica; Ista Theologia potius sic dicit. Dicito deum colen-
dum, sed tu ipse esto tibi in deum. Dicito, nomen eius re-
uerendum, sed tu ipse nomen tuum extolle. Dicito quietē
eius sanctificandam, sed tu per teipsum operare, nō illum
sinas operari. Sed nunc locus non est præcepta interpreta-
ri. Summa autē est hæc, quod cum homo ex seipso sit mas-
sa iræ, non potest nisi peccare & irā mereri de die in diē ma-
Mandata pri-
mē tabulæ iter
pretatur. gis, donec audiat & credat Christum esse saluatorem su-
um, pro se mortuum ut à peccatis liberaretur, cum quo au-
ditu intrat spiritus, & diffusa charitate, deum diligat, glo-
rificet nomen eius, & feriatus à proprijs, sinat deum solū
sua opera in ipso operari. Sic tria mandata dei, summe
necessarium requirunt Christum, quem illi superfluum fa-
ciūt, dum naturalia peccato liberant citra Christum, & sic
loco Christi liberum arbit. loco dei, idolū cordis, perditio
nis

nis opinionem erigunt, & sic Christum cum toto novo te
stamento negant, & tria prima praecepta solvunt.

Vtinam aliqua Parrhisiensis Quercus aut Porcus eius
glandiuorax surgat, & rationem suæ determinationis Par
rhisiensissimæ reddat, quo liceret, abominationes istas co
piosiore tractatu sub lucem producere, & orbi ostendere
portenta ista Tartarea in Academijs titulo Theologorum
regnantia. Nunc ratio temporis & suscepti argumenti la
tius agere non sinit, alioqui & de dispensatione uoti dixis
sem, in quo Papa abominabilis sibi regnum arrogat, quod
tamen agam, ubi de monachorum uotis scripsero, pro libe
randa misera iuuentute ab immunda ista castitate uotorum.
Comparemus itaq; hos duos dei & Papæ decalogos, ut ui
deamus, quam non aliter, sub nomine legis diuinæ legem
translulerit, quam sub nomine sacerdotij Christiani, sacer
dotium trastulit, & pro lege dei, leges suas, pro sacerdotio
Christi, sacerdotium suum, id est, abominationem in loco
sancto statuerit.

D E C A L O G V S

D I V I N V S,

P A P I S T I C V S,

Nō habebis deos alienos
coram me.

Non assumes nomen dei
tui in iranum,
Sabbatum sanctifices.

Honora parentes.

Dicito, non habendos deos
sed habeto deos alienos.

Dicito, nomen dei non assu
mendum, sed tamen assume.

Dicito, sabbatum sanctifican
dum, sed tu operare.

Dicito parentes honorandos
sed rebella & occide eos.

*Antithesis legi
dei & Papæ.*

Non oc

DE ABROGANDA MISSA

Non occides.	Dic non occidendum, sed tam en occide.
Non forniceris.	Dic non fornicandum, coge tamen fornicari.
Non furtum facias.	Dic non furandum & furare.
Nō dices falsum testimoniū.	Dic non mentiendum, sed mentire.
Non cōcupisces uxorem proximi tui.	Dic, non concupiscendum, sed nega hoc esse peccatum.
Non cōcupisces rem pros ximi tui.	Dic non concupiscendū, sed scias licere concupiscere.
Ita & sacerdotia comparabuntur aduersaria sibi maxime.	

S A C E R D O T I V M ,
C H R I S I A N V M , P A P I S T I C V M .

Antithesis cerdotiorum, Christi & Pa-	Christus sumus sacerdos. Lex eius, gratia uitæ.	Papa summus sacerdos. Lex eius, traditio iuris canos nici.
p.e.	Sacrificium, corpus uiuū.	Sacrificium, Eucharistia & pecunia.
	Opera bona, seruire pro ximo.	Opera bona, ceremonia.
	Peccata, prædictorum os missio.	Peccata, prædictorum omis sio.
	Pœna, mors æterna. Meres, gloria æterna.	Pœna, excommunicatio ficta. Meres, pax & opes mundi.
	Ministri, prædicatores Euangelij.	Ministri, buccæ bullarum.
	Vsus, crux lata.	Vsus, mala conscientia.
	Vides exprædictis lector, me nihil falsi dicere de papistico & sacerdotio & legislatione, atq; si hæc non satisfaciunt, offerò me paratum adhuc pluribus conuincere eos ex pro prijs eorum scriptis, esse tales, quales iam publice accuso.	Scito

43

MARTINI LUTHERI.

Scito ergo Papam esse germanum illum & tota scriptura prophetatum Antichristum, abominationē ultimā mūdi, quē iam coepit Christus interficere spiritu oris sui, destru etq; prope diem illustratione aduentus sui, quē certissime expectamus & uocamus. Et cur nō recreandi spiritus gratia, etiam sacra allegoria aliqua ludamus in istam abominationem, comparantes synagogā ecclesiā?

ALLEGORIA SYNAGOGAE.

Fuere in synagoga, quae insignius celebrantur, Primo, sanctū illud & legitimū à deo institutū sacerdotiū Aaron. Deinde sacerdotium Bethauen uitulorū aureorū erectū per Hieroboam. Ad hæc sacerdotia Excelsorum, Insigne etiam sacerdotium Baal per Achab institutum. Ultimo omnium tērriūm, cultus idoli Moloch, inter quæ uideamus mitissime omnium argui sacerdotia excelsorum, acerrime uero sacerdotium Baal & idolum Moloch. Erat piæterea diuersorum idolorum uariæ idololatriæ, ut Bal Phogor, Asterte deæ Sidoniorū. Item Idolorum Amon & Moab, sed non ita diuiturne & uulgares. Igitur sacerdotes ueros omnes pie Christianos arbitramur id esse in Ecclesia, quod sacerdotes Leuitici erant in synagoga. Sacerdotes uero Collegiatos et Episcopos Papisticos esse id, qđ sacerdotes Bethel. Antiquos uero monachos, et Eremitas, sacerdotes excelsorum. Baalitas, religiosos posteriores & mendicantes fratres. Moloch autē, uniuersitates studiorū, quas & gymnasia Ephebonum & Græcas glorias uocatliber Maccabœrorū. Atq; ut illī multitudo eorum impletuit terram, ut de tanto populo, Eliæ diebus, tantum septem misera fuerint reliqua, ita & hæc multitudo impiorū occupauit orbem, ut non plures apparent modo ueri sacerdotes quam tunc ueri prophetæ. Arguebant autem & illi à multidine dicentes, Populus dei non errat, sicut modo dicunt, Ecclesia nō errat, seu ut Hiere. xvij. eos recitat. Nō peribit

DE ABROGANDA MISSA

lex à sacerdote, nec consilium à sapiente, nec sermo à propheta. Siquidē & ueri Leuitici sacerdotes, & ueri prophetae & uere sapientes aliquid, cum illis errabant & seducebantur, sicut & Christus dixit, In Ecclesia sua uere Christianos & electos esse seducendos per multitudinem illā impiorum.

Videamus igitur nomina & ritus, ac primū sacerdotiū excelsorū nitebat exēplis patriarcharū, qui in locis illis deū adorauerāt. Sic mulier Samaritis Iohan. iiiij. arguit ab exēplo patrū, qui in mōte Garisim adorauerāt. Et in Amos, al legat Galgala, qđ in eo loco circūcisi fuerint, & alijs alia loca non multū absimili studio, quo etiā nunc solent loca ere

Excelsa Iudee. Etis facellis honorari & uisitari, in quibus, sanctos aliquos fuisse cōuersatos cōstat, ut est S. Vuoſſagī in alpibus, itē S. Meynardi, S. Galli, & multorū aliorū. Nō malū opus, nisi usū tandem fieret malum exemplū superstitionis & operum (contra fidem, quae cōmuniſ ubiq̄ sanctificat omnē locum & personam) exaltaret gloriā & opinionē. Quo si

Monachi ueteres. gnificati sunt monachi illi & Eremitæ, qui sanctos uiros externa cōuersatiōe imitantes, tandem si de posthabita, in sola specie operū illorū hęret & se se sacrificat deo existimātes se deo pfectius seruire reliquis Christianis, cū sine fide ageant, multo sint peiores. Atq̄ hi ferendi sunt, dum fidem patrum imitantur, quales à principio S. Benedicti, Augustini, Antonij fuere discipuli. Sic excelsa aliqua non displicuerunt, ut illud in Gibeon maximum. iij. Reg. iij. in quo Sa Iomon sacrificauit, & illud in quo Samuel moratus Saulem unxit, quia in fide agebant, non in solo externo patrū exemplo, sicut posteriores facere solent. Atq̄ hi omnes ad huc in preceptis dei hypocritæ sunt. Excelsa em̄ ista, iustitiae legis diuinæ sunt operib⁹, sine fide partæ.

At sacerdotiū Bethel, nullius boni usus est, sed semp aduersus leuiticū sacerdotiū ita sacerdotiū Papisticū, qđ traditionibus hominū cōstat, semper aduersat, nō tantū fidei & Christiano sacerdotio, sed & legi dei ac Leuitico sacerdo-

Bethauen Samaria.

tio

MARTINI LUTHERI.

tio. Iactantia tamen penes ipsos est , quod soli sint Ecclesiae & populus dei quia locus eorum Bethel, id est dominus dei uocatur , quod Propheta Oseas mutare est a suis , & appellare Bethauen , id est, domum iniquitatis seu doloris, hoc est, iustitiae impiae, quae conscientias excarnis ficit, sed non impune, nec sine sanguine. Sicut si modo papistis Ecclesiam iactantibus , nomen id mutes & appelles eos synagogam Satane, id quod uere appellantur, sed non impune. Haereticus enim es & exiremus, quia Ecclesiam sicut Oseas, Bethel, blasphemasti. Huic consonat & nomen Hieroboam, quod intelligi autor, magister , maior populi, ut cuius autoritas in populo ualet ad docendum . Sic enim Papa de seipso dicit , Vbi est maioritas, ibi est mandandi autoritas. Et maiore se omnibus, denique magistrum Ecclesiam tuum, rabbi scilicet populorum, hoc est, reuera Ierooboam facit. Vituli aurei sunt dogmata suo spiritu conflata . Sacerdotum illud ius Canonicum, in quo non minus ueritatem pietatis iactat inueniri, quam ille olim iactabat, deum uerum in uitulis aureis coli . Constat enim dogmata per idola significari, multis locis scripturae, quod & uitulus aureus Aaron satis monstrat. Stilo enim formatum illum scribit Moses, id est, scripturis sacerdotum & pontificum sunt impia dogmata. Quod autem duos facit uitulos, unum in Dan, ad aquilonem, alterum in Bethel ad meridiem ponens, significat idolum Papae sibi arrogare (sicut scribit) iura utriuscumque imperij coelestis & terreni . Non soli enim conscientias coram deo regere, sed imperia & regna & omnes res mundi iudicare, transferre & disponere presumit, in aquilone temporaliter, & meridie spiritualium rerum gloriofus. Dan enim iudicantem sonat, & est ius Canonicum ea parte, ubi crepat, iudicantis thronos a sede Apostolica sententias expetere. Bethel uero , ea parte, qua in templo dei sedet, aduersatus & elatus supra omnem deum. Templum enim dei conscientiae sunt , in quibus ille posito idolo suo regnat. Sunt

M ij igitur

DE ABROGANDA MISSA

igitur uititorum & Bethauen cultores, omnes isti sacerdotes rasuræ, uncturæ & longæ tunicæ, qui in ijs iuribus sanctissimi, deo seruiunt die & nocte. Iste est Hieroboam, de quo toties repetit scriptura, quod peccare fecit Israel, quia fidem extinguit & opera exaltat, quod est summum peccatorum.

Baal. Sacerdotium uero Baal, deuotarium imò impietati deuotum populum, & ut Elías ad Achab dicit, uenundatū ad faciendum malum, religiosos scilicet, substantialibus suis tribus uotis factos uxores ipsiusmet dei. Sibi enim arrogant proximum locum apud deum propter uota sua. Achab dicitur frater patris. Et hochenimū genus non alio nomine se patitur nominari, quam fratres patres, hoc est, Achabitæ. Vxor eius Isabella seu Isabel cohabitaculū uel cohabitationē sonat, quasi sp̄ritus diceret, Cœnobitæ conuenturales, cohabitantes sunt isti fratres patres, Baal uero idoli nomen, maritum proprie significat, seu uirum cōiugem. Quia dogma eorum est, sese perpetuo uoto obedi entie deo obstringere, deo nō iubente, sicut uxor uiro obstringitur. In qua re differunt à priscis monachis & eremitis, qui patrū exēpla libere sequebātur. Hi uero uoto sese maritant deo ultra imò cōtra fidem in perpetuū. In Samaria aut̄ uiget hic cultus. Quid est hoc aliud nisi in externa obseruantia locorum, uestium, ciborum, sicuti uidemus in eis fieri Samaria enim obseruātia uel custodia dicitur. Lanceis uero & cultris sese incidunt ritu suo, dū statutulis & articulis indies nouis, seipsoſ discruciant, ſemper diſſcentes & nunquam ad ueritatis ſcientiam peruenientes. Nam Achab cultu Baal, non putabat, niſi uero deo ſeſſe obsequi, qđ ex Oſea pater, ubi dominus promittit. Nō uocabit me amplius Baalim, ſed Baali, id est. Nō uocabit me uiri, ſed uir meus, ſcilicet ſimpli & una fide, nō multis operum uarietatibus me colet. Ita & hi ſuis uotis, non uident, ut ſibi ipſis, non deo seruiunt, cum deo ſola fide,

non

Monachi recentiores.

Samaria.

MARTINI LUTHERI.

non autē operibus à nobis electis seruiri possit. Quicquid enim ille non mandat & à nobis ipsis eligitur, damnatum est per illud Deut xij. Non facies quod tibi rectum uides tur, Abunde enim præcepta sunt, quæ facere debemus, ut electicijs nihil sit opus, quin Electicia semper aduersatur præceptis dei, propter speciem suam, sicut Baal aduersatur deo uero.

Vltimum est idolum Moloch, quod à Malach, id est, Moloch sacrile regnauit, uenire non est dubium. Et seruus ille pontificis, ḡe et maledictus Petrus abscondit auriculā, Malchus vocatur, Regius et scholae. scilicet νοι βασιλεος. Huius cultum describunt Moses & Hieremias fuisse eiusmodi, ut filios ei igne exurerent, arbitrati scilicet deo maximum & summum obsequium fese præstare, quod exemplo Abrahæ, filijs proprijs non parcerent, non modo nō vocati, sicut Abrahā, sed etiā sine fide, & cū summa impietate, ideo nō deo sed demonijs eos lustras se filios suos, psalmus lxxvij, testatur. Quod em̄ illo uocante & mandante nō sit, non sibi sed dæmonijs, qui hoc suggerunt, sit, quātumlibet nomen dei prætexatur. Academias ergo hic putabo figuratas, in quibus optima & electior pars iuuentutis Christianæ offertur, quasi in holocaustum deo, ut ibi erudiatur & toti diuini fiant. Credit em̄ uulgus non esse locum sub celo, in quo possit iuuentus rectius institui, adeo ut & religiosi huc contulerint. Extra em̄ Academias didicisse est nihil didicisse. In Academis uero studiū iste est omnia nosse. Ibi diuina & humana omnia doceri putantur. Nemo enim huc filium mittit, alia opinione, quām quod non possit usquā melius mitti. Summū deo obsequium præstant, quod filios offerunt formandos ad exultationem pietatis, utiles futuros sacerdotes, prædicatores, rectores, qui toti fiant peculium dei, deo & hominibus necessarij. Huc pertinet nomen Moloch, quod regem uel regium significat, quod hoc genus studij faciat insignitos gradibus promotionibusq; & idoneos ad regendum

M iij cæte

DE ABROGANDA MISSA

cæteros. Videlicet enim ex Academijs sumi omnes , qui ad gubernacula admouentur . Et qui non est graduatus aut membrum Vniuersitatis, non est qualificatus ad ambonē, ad plebanū &c. (ut loquuntur) Coronetur uero primum asinus, & sic imperet. Et non uident parētes, nec qui uidēt curāt, adulescētes hic pessimis moribus perdi, nullo prohibente. Iā Scortatio, comedatio, & alia manifesta flagitia, mitius perdūt. At quod imbutunt philosophicis, gēti libus, humanis , impijs & sacrilegis opinōib⁹, hic est ille ignis Moloch, nullis lachrymis satis deplorabilis, cum per eum i⁹ maxime detuorentur , & pereant, qui sunt studiosissimi & pudicissimi in Academijs iuuenes. Tantus est furor dei super istam uallem Tophet & Hinnam, ut i⁹ peius pereat qui plurima discunt, & modeste uiuunt, quam i⁹ qui nihil discunt & libidinibus corrumpuntur. Hi enim nihil discunt quod dediscendum sit, sciunt enim se malefacerre, illi uero uenientur hauriunt, quod forte nunquam euocant, tenētes pro bono, quod malum est, imbuturi & eos quos docendos suscipiunt similibus opinionibus . Et ihs puteis abyssi imputandum est, quod sol Euangelij obscuratus est fumo putei. Ex isto enim fumo prodeunt locustæ iste , quæ omnes cathedras occupant, omnia gubernacula administrant, ut Academijs ab initio mundi Satanus nihil excogitarit praesentius ad ualstandam fidem & Euangelium toto orbe , nec conueniebat hoc malum surgere, nisi in fine mundi, cum iam ira dei grauatus mūdus , peccatis præualentibus , ad Tartarū & damnationem suam approximat. Talsa enim necesse est audire populum miserum, qualia sui Molochitae didicerūt in Academijs. Didi cerunt autem non nisi summas blasphemias dei , ut ex decalogo Pastico liquet. Nec licet alios pastores, quam tales uspiam haberī. Apud Hieremiam uocatur uallis illa Gehinnam, unde Christus sumpsit gehennam, quod quid significet, non satis scio. Ge uallem sonat, Hinnam potest sonare

Considerate hęc
o Christiani a/
dulescentes.

Quid Gehenna.

sonare uaria, quæ quia iudicare non possum, omitto. Misi a
uerbo ~~PAV~~ lanah uenire uideretur, qd significat depascere
deglubere & attenuare, quomodo tyranni uel usurarij de
glubunt & exugunt populum, ut sit Gehinnam, uallis de
glubentium eos & depascit eos, qui, cum populo præ
sint uice pastorum, & eos pascare uerbo uitæ deberent, pe
st silentibus uniuersitatū doctrinis insensibiliter depascunt
& deuorant in corpore, rebus & anima. Et tales quidem
nobis dant Academiæ, synagogæ illæ perditionis. Vides
ergo, ut Ecclesia synagogæ per omnia respondeat hac alle
goria, & quam pauci sint, qui ab his perditionibus seruari
possint, cum huc non solum eant optimi, pingues, & quid
quid aliquid est in Ecclesia, sed & electi hic seducantur. O
miseros nos, qui sub hac nouissima, sub tot Baalitis, Bethe
litis, et Molochitis, speciosissime fulgentibus, totum orbē
deuorantibus, nomen Ecclesiæ solis factantibus, securi su
mus & ridemus nec flemus die ac nocte sanguinis lachry
mas super contritione hac Joseph pessima, & super interse
ctione filiæ populi nostri crudelissima.

In fine, Si haec omnia non mouent, sinant tamen a se
impetrare me miserum, quotquot sunt sacrificies Mis
serum, quod omni humilitate & toto corde ab eis peto,
nempe ut saltē hoc concedant, sua propriæ saluti aliquod
remedium, ne inuiti sacrificent aliquando, aut intuitu
census & commodi sui. Utinam hoc saltem obtineam.
Probet itaq; se se quislibet, & ubi talem se se inuenerit, ut
nullo modo esset celebraturus, nisi cogeretur uel timo
re amittendi sacerdotij, seu præbendæ, uel infamiae & ob
locutionis humanæ, uel affectu capiundæ (quam uo
cant) præsentia, uel quocunq; alio affectu, qui non sit fi
dei rectæ. Hic (inquam) caueat, ne celebret, sed potius to
ta uita abstineat, si non potest aliter, & mandata uel uerba ho
minū ad celebrandū cogentia prorsus conculcat pedibus.
Melius est enim hominum mandata conculcare, in quib
us

*Crasiores ab
sus missæ.*

DE A B R O G A N D A M I S S A

būs non potest peccari, quām incurrire in dūiūnā maiestā
tis tam salutare & uiuificum mysterium. Nec enim mū
dus premitur majoribus & plurībus peccatis, etiam si per
uersitas deesset impīj sacrificij, quām hac indīgna celebra
Pius usus Euch
aristiae quis sit. Fidei autē reclā affectus est, non accedere,
nisi animo quārendā misericordiā & remissionis pecca
torum, hoc est, esurire & sitire iūstitiam. Esurientē enim
& inanem animam requirīt & replet hoc regale & magni
ficūm cōuiūm. Diuītes, saturos, fastidientes aut homī
num gratia, & pecunīa intutu uenientes dīmittit inanes,
īnd cūn luda tradit Satanā ad æternā mortē. Non quod
confirmatum uelim celebrandī negotiūm, sed cum præ
ualente traditionum & inolitā consuetudinis tyrannide,
desperata sit catholīca instauratio huīus dūiūni testamēti,
id saltem efficiamus, ut fide recta incedentes, minus pecc
e mus, si forte cūn errantibus electis tandem saluemur. Vi
deo enim quām plurīmos incredibili tēdio, alios autē per
turbata, sœua, atq; tandem contemptice conscientia acce
dere, nihil quārentes, nisi ut opus ipsum perficiant, & de
bito sese liberent, aut lucero potiantur, aut rubore euadant.
O horrendam hanc & miserabilem præsumptionem.

Et, ut ad uos Vuittebergenī. meos reuertar. Vtinā apud
uos saltem crescat & impleatur scandalum hoc pharisaī
cum, & aliquando orbis papistarum faciat & dicat. Ecce
Vuittembergē cessauit cultus dei, quiescunt uoces & or
gana, et nemo amplius celebrat, facti sunt omnes heretici,
Antichristiani & insani. O utinam mihi contingat audī
re Rapsaces istos rabibos & blasphemos, qui latrēt. Nōne
iste est Ezechias, qui abstulit excelsa & altaria dei & dixit
Iudae & Hierusalem, corā altari isto adorabitis? Rursum
uos esse, qui cū Isaia subsannetis etiam dominū eorū. Se
nacherib, loquatur Syriace siue ludaice. Missas quiescere
& clāores horarū silere mirabūtur Papistæ, at charitatē ser
uientem

MARTINI LUTHERI.

uientem proximo, & hostiam uiuentem corporis, ira, con-
temptu, libidinibus, luxu extingui rident, sicut decet
Papistarum & sapientiam & pietatem. Habetis & uos Be-
thauen quandam domum illam omniū sanctorum, San-
ctificationem principis Friderici, quā hæreditate accepit,
& per papistas deceptus, uehementer magnificauit & am-
pliauit. O quanti pauperes in ista regione poterant tantis
sumptibus iuuari, quos amicos sibi parasset de mammo-
na iniuitatis, qui deficiente aliquando in æterna taber-
nacula reciperent, uthoc exemplo metuendum sit, Prin-
cipi & Herorum opes raro dignas esse, quæ pijs causis fer-
uiant, qđ raro & partæ sint sine Nimrodi exēplo. Sed hoc
uno uos per gratiam dei superbire potestis, quod princeps
est minime tyrannicus, neq; stultus, neq; præceps, neq; fa-
uus, tum ueritatis patientissimus, et à temerarijs iudicij ab
stinentissimus, non minus tamen & malis metuendum &
bonis suspiciendus. Quarum rerū præsidio cū sitis oppor-
tune adiuti, tanto facilius uobis est perficere, qđ coepistis,
uocante uos per has occassiones deo, & manum suā porri-
gente. Celebris est in terris istis, me puero, sæpe catata pro Sepulchrum do
mini.
prophetia, Esse redimēdum sepulchrum dominicum per Friz
dricum imperatorem. Et ut mos est prophetiarum, quæ
pro obscuritate ante impletur quām intelliguntur, tū lon-
ge in aliud spectant quām uulgo sonant, uidetur mihi &
ista in hoc Friderico nostro impleta. Quod em̄ sepulchrū
domini rectius intelligas quām diuinam scripturā: in qua
ueritas Christi, per Papistas occisa, sepulta iacuit: custodiē-
tibus militibus, id est, mendicantium ordinibus & prauis-
tatis hæreticæ inquisitoribus, ne discipulorum quisquam
cam raperet. Nam sepulchrum illud corporale, quod Sara-
ceni tenent, non magis est curæ deo, quām boues illi esse
curæ, Paulus dicit. Negari autem non potest, apud uos
sub Friderico isto, scripture uiam ueritatem refloruisse.
Quid si ego gloriē meuel angelū uel Magdalēna fuisse?

At mo

DE ABROGANDA MISSA

At mouet forte, quod Imperator non sit. At quantum satis est ad implendam prophetiam, nōne in Comitijs Electorum, concordibus suffragijs & designatus & petitus est in Imperatore. Eratq; uere Imperator, nisi noluerit. Apud deū nihil refert, quā diu fuerit Imperator, modo fuerit alius quando. Ludere fortassis hic uideor. At ludam sane quin & addam, ut etiam insaniā, & admirabor, unde fiat, ut in isto abiecto angulo terrarū deus uoluerit suscitare suū uerbum, tum quod, præter Iudaicam terram nulli parti terrarum accidisse putem, ut oppida & pagi, quin & ciues hebraicis nominibus uocentur. Vnde enim uobis, Ephrata Hebrō, Resen, Pannec, Globoc, Zidon, Iesse, Damascus, Libanus, Dibon, & multa similia, tū ipsa Vuittemberg a candore mōtis dicta, quid est nisi mons? Libanus em cādi dum sonat. Sed satis hæc ad ludum. Hoc seruum est, Esse uobis donatum præ cæteris, ut puram & primitiuram Euā gelij faciem uideatis, nunc quoniam & spirituum æmulatorum facti estis, uestrum est, eandem faciem proferre in lucem, & alijs quoq; exemplo uestro spectādam præbere, tam id curetis, ut unanimiter idē & sapiatis & faciatis, & mutuas manus porrigitis sine disceptatiōe. Quod si quis infirmus est, olis manducet & māducantem non iudicet, rursus qui firmus est, non manducantem non spernat. Cæterum si aduersarij uel etiam amici, qui res nouari à uobis ægrius ferent, pro humana illa prudentia & ciuitate malignius uestrum propositum interpretati fuerint, scitote, quoniam nisi theatrum sitis deo, angelis, & hominibus, nōdum Christiani estis. Quis enim omnium obstruat os, aut quis omnibus & singulis propriam rationem reddat? Scitij. Adagij. Vetus prouerbium est, eum qui adificat in publico, multis magistros habere. In omni spectaculo plures sunt spectatores quam actores. Sunt hominum uerba & maneant folia. Sunt hominum iudicia & maneant bullæ, uos quod conscientia secundum deum dicit, absq; personarum res speculū

M A R T I N I L V T H E R I.

53

spectu sequamini. In hoc enim uolui hāc Epistolam libro
non uno prolixiorem, ad uos confirmandos mittere,
ut cooperator & particeps fierem uestri spiritus
in Christo , in quo si non frustra laboraui,
gratias ago domino qui uos multiplicet,
augeat & seruet in cognitione
Iesu Christi , domini nostri,
cui est gloria in omnia
secula seculorum
Amen.

A N N O M . D . XXII. M E N S E
A P R I L I .

Quod 3 dñm pñm pñm. nñc i la salut
Gaudet: Læta pñc: & glat gaudiæ in
ipso do

Quod pñr ead galu: in s: Corpn: Chy dñtu: et sanguis
fuit fusus in transmissione pñtiorum pñ nobis:
I ratiq: dilecti mñstrari pñsset: pñmo qngat fñs:
Secundu: rora opnæ: terti: ubiq: Paulus
dixit: in dñi qñstionem sanctorum mñstratorum:
et pñ dñi mñstratorum rora fñs: Dñs M: b:
mox aperte gaudiæ in suggestiæ beatis
m: 169: pñ hñm degmata: sanctis hanc est
Augustini pñsa: ergo ab hac famâ nobis: Gaudet
Gaudet: ita fñt ergo nobis famâ dñi: & Minor
m: ad ita ut b: arguuntur & pñsset Aug:
sta fñt et ad normam et amissi scripturæ
ergo mñstrâ dñi:

Quod pñr ead galu: in s: Corpn: Chy dñtu: et sanguis
fuit dñm missum pñtiorum pñ nobis: I ratiq: dilecti mñstratorum
sanctorum: pñmo qngat fñs: Secundu: rora opnæ terti: ubiq:
Paulus dixit: in dñi qñstionem sanctorum mñstratorum: et
pñ mñstratorum rora fñs: No: dñi nostri doctores sed
in suggestiæ beatis dñi: ergo degmata Sanctorum
Gaudet Augustini ita fñt: ergo ab hac famâ nobis
Gaudet Gaudet ita fñt: ergo ab hac famâ nobis
Minor m: ad ita: et b: arguuntur: Gaudet Augustini
pñt et ad normam et amissi scripturæ: ergo ab
mñstrâ dñi: Gaudet Paulus ita ut amissi patrum hinc
fñt: ergo ab mñstrâ famâ dñi: Ergo nostri scripturæ
pñt et m: arguuntur: